Autoritates etiam ponunt que hanc probant sententiā. **E** hoc augustinus in libro sententiae prosperi ait. **O**doris omnibus approbare contendimus sacrificiis ecclesie duobus constare. duobus confici visibili elementorum specie / et inuisibili domini nostri ihesu christi carne et sanguine sacramento / et re sacramenti id est corpore xp̄i. sicut xp̄i persona constat et conficitur ex deo et homine. cum ipse xp̄c verus sit deus et verus homo / quia omnis res illarum rerum natura et veritatem in se continet ex quibus conficitur. **D**e hoc eodez Joban. dama. **I**n domino nostro ihesu xp̄o duas quidem naturas cognoscimus. unam autem ypostasim ex utrisque compositam. **I**ncarnatus est ergo xp̄c ex virgine assumens primicias nostre masse. ut ipsa extiterit in carne ypostasis. que dei verbi ypostasis et composta facta fuerit que prius simplex erat verbi ypostasis. **C**omposita vero ex duabus perfectis naturis. deitate et humanitate. et ferat ipsa diuine verbi dei filiationis characteristicum et determinatiuum ydeoma. secundum quod diuisa est a patre et spiritu sancto. et carnis characteristica et determinatiua ydeomata. secundum que differat a matre et reliquis hominibus. **I**tem unam ypostasim filij dei contemur in duabus naturis perfecte se habentibus deitatis et humanitatis et incarnationem eandem ypostasim. et has duas naturas custodiri et manere in ipso

post unionem. non seorsum. et secundum partem ponentes singula. **S**ed unitas inuidice; in una composita ypostasim. substantialem enim inquit unionem scilicet veram et non secundum fantasiam. **S**ubstantiam autem non duabus naturis perfici entibus alteram scilicet unam compositam naturam. sed unitas inuidice; in una ypostasim opositam filij dei et manere eam demum substantialiter differentiam determinamus. **C**reabile mansit creabile. et quod in creabile increabile. et mortale mortale. et immortale immortale. et circumscribibile circumscribibile. et incircumscribibile incircumscribibile. et hoc quidem refugiet miraculis. **D**e hoc etiam Augustinus in libro de trinitate ait. quemadmodum secundum deitatem. una est patris filiusque natura. ita etiam iuxta humilitatem eadem est matris et filij una natura. **E**x utrasque ergo substantia et diuinitatis et humanitatis unus atque idem est deus deus et hominis filius ihesus christus. ut verus deus ita etiam homo verus. **I**dem etiam in libro de trinitate. **S**ic deo conungi potuit humana natura ut ex duabus substantiis fieret una persona. **N**ec per hoc iam est ex tribus deo anima et carne. **H**is alijsque pluribus autoritatibus seemunt. qui dicunt personam christi compositam esse. vel factam siue constantem ex duabus naturis. siue ex tribus substantiis.

Tercia alioz sententia

Sunt etiam alii qui in incarnatione verbi. non solu personam ex naturis compositam negant. verum etiam hominem aliquem siue etiam aliquam substantiam ibi ex anima et carne compositam vel factam diffitantur. **S**ed sic illa duo scilicet animam et carnem. verbi personam uel nature unita esse aiunt. ut non ex illis duobus. vel ex his tribus aliqua natura uel persona fieret. siue componeatur. **S**ed illis duobus velut indumento uestiretur /ut mortalius oculis congruenter appareret. **R**ui iō

Dicitur verus factus homo. quia veritatem carnis & anime accepit. **R**ue duo etiam in singularitate vel unitatem sue personae accepisse legitur / non quia illa duo. vel aliqua res ex illis composita sit una persona cum uerbo. vel sit verbum sed quia illis duobus accendentibus uerbo. non est personarum numerus actus. ut fieret quaternitas in trinitate. & quia ipsa persona verbi que prius erat sine in dumento assumptione in dumenti non est diuisa vel mutata. sed una eademque in mutata permansit. **R**ui secundum habitum deum hominem factum dicunt. **N**e cipiendo enim hominem dictus est deus factus est homo. & propter acceptum hominem dicitur deus vere esse homo & propter assumentem deum dicitur homo esse deus. **N**am si essentialiter inquit illi. deus esse homo. vel homo esse deus intelligeretur. **T**unc si deus hominem assumpsisset in seru muliebri. & mulier essentialiter deus esset. & econuerso. **N**ot potuit deus assumpsisse hominem in seru muliebri. potuit ergo mulier esse deus & econuerso.

Autoritates inducit quibus hec sententia roboratur.

De autem & isti de suo sensu in fluere videantur testimonij in medium productis/ quod dicunt confirmant. **N**it augustinus in libro de gratia noui testamenti. Sicut non augetur numerus personarum/ cum caro accedit anime ut sit unus homo / sic non augetur numerus personarum cum homo accedit verbo/ ut sit unus homo Christus. Legit itaque deus homo. ut intelligamus huius personae singularitatem. non ut suspicemur in carnem mutatam diuinitatem. **I**dem quoque tractans illud verbū apostoli. habitu inuentus est ut homo. manifeste ostendit deum dici factum esse hominem. vel esse hominem secundum habitum. **I**n libro xxxvij. questionum ita in quibus. **O**culitis modis habitum dicimus

vel habitum animi sicut discipline perceptiones usu firmatam vel habitum corporis. sicut dicimus alium alio validiorē vel habitum eorum que membris accommodantur extrinsecus. ut cum dicimus aliquem vestitum vel calciatum & huiusmodi. **I**n quibus omnibus generibus manifestum est in ea re dici habitum que accidit vel accedit alicui. ita ut ea posse sit etiam non habere. hoc autem nominis ductum est ab illo uerbo quod est habere. **H**abitus ergo in ea re dicitur / que nobis ut habeatur accidit uel accedit. **V**eruntamen hoc interest. quia quedam eorum que accidunt uel accedit. ut habitu faciant non mutantur. sed ipsa mutantur in se integra & inconcussa manentia sicut sapientia accedens homini non ipsa mutatur/ sed hominem mutat quem de stulto sapientem facit. **R**uedam vero sic accidunt vel accidunt ut mutant & mutantur. ut cibus qui amittens speciem suam in corpus vertitur. & nos cibo refecti ab exilitate atque languore in robur atque valentiam mutantur. **T**ercium genus est cum ea que accidunt vel accedit nec mutant ea quibus accidunt / nec ab eis ipsa mutantur. sicut anulus positus in digito quod genus rarissime reperiatur. **Q**uartum genus est cum ea que accidunt vel accidunt mutantur non a sua natura sed aliam speciem & formam accipiunt ut est vestis que delecta atque deposita non habet eam formam quam sumit induita. **I**nduta enim membris accipit formam quam non habebat exuta. **Q**uod genus congruit huic comparationi. Deus enim filius semetipsum exprimavit non formam suam mutans / sed formam servi accipiens. neque conuersus aut transmutatus in hominem amissa incommutabili stabilitate/ sed in similitudine hominum factus est ipse susceptor verum hominem suscipiendo. habitu inuentus est ut homo. id est habendo hominem inuentus est ut homo non sibi sed eis quibus in homine apparuit. **N**on autem dicit ut homo

veritatem exprimit. nomine ergo habitus satis significavit apostolus qualiter dixerit in similitudine hominum factus quia non transfiguratione in hominem sed habitu factus est. cū induitus est hominem que sibi vniens quodammodo atq; conformans immortalitati eternitatiq; sociaret. Non ergo oportet inteligi mutatum esse verbum susceptione hominis. sicut nec membra ueste induita mutantur/quamvis illa susceptio ineffabiliter susceptum suspicenti copularet. His verbis aperte innuere videtur aug deum dici factum hominem secundum habitum. qui etiam ipsius incarnationis modum volens exprimere querentibus i. iiiij. li. de trinitate ait. Si queritur ipsa incarnationis quomodo facta sit ipsum verbum dei. dico carnem factum id est hominem factum. Non tamen in hoc q; factum est conuersum atq; mutatum s; carne ut carnis congruenter appareret induitum. Iea sane factum ut ibi sit non tantum verbum dei & hominis caro/ sed etia; rationalis hominis anima. At q; hoc totū & deus dicatur propter deum. & homo propter hominem. Quod si difficile intelligitur. mens fide purgetur. a peccatis abstinentia & bona operando. difficultia em̄ sunt hec. Idem in libro de fide ad petrum. Dei filius cu; sit deus eternus & verus/pro nobis factus est homo verus & plenus. In eo verus quia veram habet deus ille humanā naturam. In eo vero plenus/quia & carnē humanā suscepit /& anima; rationalem Item non aliud fuit illa dei summi susceptionis vel eximamatio nisi forme servulis id est nature humanae susceptio. utraq; ergo est in xp̄o forma/ quia utraq; vera & plena est in xp̄o substantia/diuina scilicet & humana natura. Idez in libro contra maximuz. Cum esset per seipsum inuisibilis/visibilis in homine apparuit. quē de feminā suscipere dignatus est. Idez in eodez. Nos xp̄m dominū verū hominem suscepisse credimus/& in ipso visibili

liter inuisibili hominibus apparuisse. In ipso inter homines conuersatum fuisse. In ipso ab hominibus humana perculisse. In ipso homines docuisse Hil. quoq; m. p. li. de trinitate ait. **H**omo do dei filius natus ex maria est / nisi q; verbum caro factum est scilicet q; filius dei cū in forma dei esset / formā servi accepit. **V**nus tamen eundemq; non dei defectione/sed hominis assumptiōe profitemur. & in forma dei propter naturaz diuinā/& in forma servi ex conceptione spiritus sancti. secundū hominis habitum repertum fuisse. non fuit habitus ille tamen hominis/sed vt hominis . ne q; caro illa caro peccati sed in similitudine carnis peccati. **A**udistis tres secundū diuersos positas sententias. & p: o singulis inducta testimonia

Positus sententijs probatisq; testimoniis/intelligentias propositarum locutionum exequitur secunduz singulas sententias/& prius secundū primam. **S**eptima

Secunduz primā vero dicitur deus factus homo/& homo factus deus/quia deus cepit esse quod substantia rationalis /que ante non fuit erat. & illa substantia cepit esse deus & hoc gratia. non natura vel meritis habuit. **V**nde recte dicitur xp̄c inquantuz homo predestinatus esse filius dei. **H**uic autem sententie opponitur. **S**i illa substantia cepit esse deus/& deus illa. **R**ue dam ergo substantia est deus /que non semper fuit deus. & quedā substantia ē deus/que nō est diuina substantia. & deus est aliquid quod non semper fuit. **Q**uod & illi concedunt origems testimonio inintentes qui ait. **F**actus est sine dubio id quod prius non erat. sed addidit secundum carnē. **S**ecunduz deus vero erat prius. & non erat. quando nō erat. **N**isi quoq; plurib; modis/illi sententie potest opponi. quibus supersede mus exercitationis studiuz lectori relinquentes. & ad aliā p̄perantes

Hic erplanat secundam sententia; et ea rūndem locutionum sensus.

N secunda vero sententia huius dictiōis talis videtur ratio. ut cum dicitur deus factus est homo intelligatur cepisse esse subsistens. ex duab⁹ naturis vel tribus substantijs et econuerso homo factus est deus. quia subsistens in duabus naturis cepit esse deus vel potius homo factus est deus. et econuerso dicitur. quia deus assumptus homo et homo assumptus est a deo. Vnde augustinus dicit in li. de trinitate. Talis fuit illa suscep̄tio / que hominem faceret deum. et deum hominem. Variatur autem intelligentia. cum dicitur deus est homo. et homo est deus. Dicitur enim deus esse persona subsistens in duas. et ex duabus naturis. et persona subsistens in duas et ex duabus naturis dicitur esse deus id est verbum vel natura diuina. Potest enim predicari persona simplex vel natura de persona cōposita. Non est autem ut ait iohannes dama. idē dicere naturam vel personam.

Ex quo sensu dicunt xp̄m predestinatū. **F**isi dicunt xp̄m esse predestinatum. inquantum est homo. et inquantum est subsistens ex duabus substantijs. scilicet anima et carne. Nam quantum ad naturam diuinitatis non est ipse predestinatus. Non ergo inquantum in ea vel ea subsistit. predestinatus est. sed inquantum subsistit in aliis duabus substantijs. id est in anima et carne. hoc est inquantum est homo.

Qualiter exponunt autoritates primas que isti videntur obuiare sententie. **E**terminant etiam autoritates que premisse conueniunt sententie et huic videntur contradicere. ut cum legitur homo ille assumptus a verbo in singularitate persone. vel factus una persona cum verbo de natura humana intelligatur/que verbo vmita ē

in singularitatem persone. id est ita quod eadem persona que prius erat / et simplex erat sine incremento numeri / etiam immutata permanit licet cōposita. Compositio vero huius aliam dicunt esse rationem quod sit in alijs hominibus/quia huius ex tribus/aliorum ex duabus substantijs est compositio. Negant quoque naturam humanā esse personam vel dei filium / et sicut unum eundemque dicunt esse hominem et deum. et filium hominis et filium dei/ita unius et idem / non aliud et aliud/sicut nec alium et alium.

Quedam ponit que premissis videntur aduersari.

Sed his videntur aduersari que subditis continentur capitulis. Nit enim augustinus super iohannem. Aliud est verbum dei. aliud homo. sed verbum caro factum est id est homo. Non itaque alia verbi / alia est hominis persona. quoniam utrumque xpc et una persona. Idem ad felicianum. Aliud dei filius. aliud hominis filius. sed non aliud. Item dei filius aliud de patre/aliud de matre. Idem in li. primo de tri. Cum filius sit et deus et homo. alia substantia deus. alia homo.

Qualiter his respondeant.

Ec autem in hunc modum determinant/quia cu[m] dicitur .aliud verbum dei. aliud homo siue alia substantia deus/alia homo. alterius nature significatur christus esse inquantum est homo. et alterius inquantum est deus/et aliud natura qua est homo/aliud natura qua est deus. Ut enim ait ioh. dama. Inconuerso et inalterabiliter vmita sunt adiuicem nature. neque diuina distante a propria simplicitate neque humana. aut conuersa in deitatis naturam. aut in non existentiā diuisa. neque ex duabus una facta composita natura. Composita enim natura neutri earum ex quibus compontur naturis/homo via

III

Id est consubstantialis esse potest ex alteris pficiens alteruz. ut corpus ex .iii. elementis compositum. nec igitur nominatur. nec aer. nec aqua. nec horum alii cui homousion dicitur. Si ergo secundum hereticos xp̄c vnius composite natura post vniuersum extitit ex simplici natura conuersus est in compositam. et neq; patri simplicis nature existenti. neq; matri est homousios. et neq; deus. neq; homo denominabitur sed xp̄c solum. et erit hoc nomen scilicet xp̄c non persone ipsius natura sed vnius secundum ipsos composite nature. Nos autem xp̄m non vnius composite nature dogmatizamus et hoc nomen scilicet xp̄c persone dicimus. non monotropos id est uno modo dictum. sed duarum naturarum esse significatiuum scilicet deitatis et humantatis. Ex deitate autem et humantate deum perfectum et hominem perfectuz eundem esse et dici ex duabus et in duas bus naturis confitemur. Sic ergo dicitur aliud esse filius dei. aliud filius hominis. quia alterius est substantie vel naturae in quantum est filius dei. alterius in quantum est filius hominis. non qd ipse filius dei et hominis sint duo illa diuersa id est due diuerse nature.

Autoritate confirmat determinationē.

Aperte em Dil. in nono libro de trini. ita ait. cuz non aliud sit filius hominis. neq; aliud filius dei. verbum enim caro factum est et cu qui filius dei est ipse et hominis sit filius. requiro quis in hoc filio hominis glorificatus sit. Evidenter dicit non aliud esse filium dei. et aliud filium hominis. Ex qd pmissa roboret et apparet determinatio.

Malia etiam verba autoritatum adnotat ybi determinet.

Cuod etiam dictum est vtrunq; xp̄c est / et vna persona mouere potest lectorez sicut et illud qd augustinus dicit in li. de trini. Quia for-

ma dei forma; serui accepit / vtrunq; deus vtrunq; homo. Sed vtrunq; deus. propter accipientez deum. et vtrunq; homo. propter acceptum hominem. Et illud quod idem ait in libro de bono per seuerantie. Qui fidelis est / in eo vere ram naturam humanam credit suscipiente deo verbo ita sublimata; / vt qui suscepit / et quod suscepit una esset in trinitate persona. assumptione illa ineffabiliter faciente persone vnius in deo et homine veritatem. Si autem qui suscepit. et quod suscepit una est persona. ergo natura humana cum verbo una est persona. Sed hec omnia ex tali sensu dicta fore tradūt. vt vtrunq; dicatur esse xp̄c. et una persona / quia in vtroq; vnius xp̄c et una persona subsistit. Ita etiam susceptum cum suscipiente dicitur una persona / quia susceptum suscipienti est socialiter in unitate persone. et ita qd vniuersa persone permanit / non ita vt et caro et anima sint vnius deus. quia vt ait hieronimus verbum est deus non caro assumpta. Et ambro2. in li. iiij. de spiritu sancto ait. Aliud est qd assumptum / et aliud quod assumptum est.

Dic quandam ponit autoritatem que multum videtur huic sententie opposita

Autem et aliud quod huic sententie plurimum videtur obuiare. Nit em augustinus in li. primo contra maximum. Christus una persona est gemine substantie. quia et deus est et homo est. nec tam deus vel homo pars huius substantie dici potest. Alioquin filius dei deus. ante qd susciperet formam serui non erat totus. et crevit cum homo diuinitati eius accessit. Ecce deum dicit non esse partem illius personae. Unde videtur illa persona non constare ex deo et homine. Ad quod etiam illi dicunt illam personam non ita constare ex deo et homine. quasi totum ex partibus. Ita em partes alicunus totius conueniunt / vt ex illis quod non erat consti tuatur. Non autem sic humana et diuina

natura in Christo vniuntur. Inexplicabilis enim est istius vniuersitatis que non est parciū ratio. Quidam tamen nomine dei ibi personam significari putant. quia de tribus agebat personis. quarum nullam trinitatis partem esse dicebat. sicut pars istius persone non est deus. Quod si de persona intelligatur manifestum est. quia persona non est pars persone. Posita est diligenter sententia secunda et eius explanatione. cui in nullo vel in modico obuiat autoritates in tercia sententia inducere que iam consideranda est.

Tercia sententia que sit premissarū propositionum intelligentia

Non hac ergo sententia. sic dicitur Deus factus homo. quia homo non accepit. sic dicitur esse homo. quia hominem habet. vel quia est habens hominem. et homo factus Deus. quia assumptus est a deo. et homo esse Deus. quia habens hominem est Deus. Cum ergo dicitur Deus est homo. vel habet predicatorum vel persona sed humana. et quia persona humanata predicit. cassiodorus ostendere videtur dicens. factus est ut ita dixerim humanatus Deus qui etiam in assumptione carnis. deinde non destitit. Quod tamen varie accipi potest. ut dicatur Deus factus humanatus. vel Christus factus Deus humanatus. utque quod em sane dici potest. Cum ergo dicitur factus est Deus homo. multiplex secundum istos fit intelligentia. ut naturam humanam accepisse. vel humanatus verbum esse incepisse intelligatur. Nec tamen si incepit esse humanatum verbum ideo sequitur quod incepit esse verbum. nec si Deus factus est humanatum verbum. sequitur quod factus sit verbum sicut de aliquo dicitur. Hodie iste cepit esse bonus homo. vel factus est bonus homo. nec tamen hodie cepit esse homo. vel factus est homo.

Quo sensu secundum istos dicitur pre-

destinatus Christus.

Secundum istos dicitur Christus secundum quod homo predestinatus est filius dei. quia est predestinatus a deo ab eterno et in tempore collatum ei per gratiam ut ipse ens homo sit filius dei. hoc enim non semper habuit sed in tempore per gratiam accepit. Quod video Augustinus. notasse in libro ad prosperum et Hildegardem. Predestinatus est Ihesus ut qui futurus erat secundum carnem filius datus esset in virtute filius dei. Hic etiam cum dicitur Christus minor patre secundum quod homo secundum habitus hoc intelligunt dictum id est in quantum habet similiter hominem unitum. Vnde Augustinus in primo libro de Trinitate. Deus filius deo patri natura est equalis. habitus minor. In forma enim servi minor est patre. In forma dei equalis est patri. et quia secundum habitum accipienda est incarnationis ratione deum humanatum non hominem deificatum dici tradunt. Vnde iohannista. Non hominem deificatum dicimus. sed deum hominem factum.

Quo non debet dici homo dominicus.

Sed licet dicatur homo Deus non tamen congrue dicitur homo dominicus. Vnde Augustinus in libro retractationum. Non video utrum recte dicatur homo dominicus. qui est mediator dei et hominum Christus Ihesus / cum sit utique dominus. et hoc quidem ut dicerent apud quosdam legi catolicos tractatores. Sed ubique hoc dixi. dixisse menolle. Postea quippe vidi. non est dicendum quamvis nonnulla posset idem ratione defendi. Secundum istos etiam dicitur persona filii. in duabus et ex duas existere naturis secundum adherentiam vel inherentiā. Altera enim inheret ei altera mest.

Quo predicta non sufficiunt ad cognoscendam hanc questionem

Satis diligenter iuxta diuersorum sententiam supra positam absq; assertione & preiudicio tractamus questionem. Veruntamen nolo in tanta re. tanq; ad cognoscendum diffisi cili putare lectorem. istam sibi nostram debere sufficere disputationem. sed legit & alia forte melius considerata atq; tractata / & ea que hic mouere possunt vigilantiore atq; intelligentiore si posse test mente discutiat. hoc firmiter tenes q; deus hominem assumpsit. homo in deum transiit / non nature visibilitate. sed dei dignatione. ut nec deus mutetur in humanam substantiam assumendo hominem. nec homo in diuinam glorificatus esset in deo; quia mutatio vel visibilitas nature diminutionem & abolutionem substantie facit.

Tan diuina natura debeat dici nata de virginie. **8 Octava Disputatio**

Dicit predicta iurari debet. utrum de natura diuina concedendus sit/q; de virginie sit nata. sicut dicitur in virginem incarnata. Et videtur utiq; non debere dici nata de virginie. cum non sit nata de patre. Que enim res non est de patre genita. non dicitur de matre nata. nec res aliqua filiationis nomine habeat in humantate. que illud non teneat in diuinitate. Videtur tamen posse probari. q; sit nata de virginie. quia si homo est nasci deum de virginem scilicet hominem assumere in utero virginis. cum natura diuina supius dicta sit hominem assumisse. videtur debere dici nata. **De hoc autem ang. in li. de fide ad petrum** sic ait. **Natura eterna atque diuina non posset temporaliter accipi et nasci ex natura humana.** nisi secundum susceptionem veritatis humane vera temporaliter conceptionem & nativitatem ineffabilis in se diuinitas accepisset. Sic est deus eternus veraciter secundum tempus. & acceptus et natus ex virginie. Ista autoritate videtur insinuari q; natura diuina sit nata & accepta de virginie. Sed si diligenter noten-

verba potius de persona agi intelligitur que sine dubitacione & de patre & de matre nata esse dici debet

¶ De gemina Christi nativitate.

Contra. Veri etiam solet. utrum debeat dici Christus bis geminus ut dicitur dei & hominis filius. Ad quod dici potest Christus bis natum esse. duasq; nativitates habuisse. **Onde aug. in li. de fide ad petrum.** Pater deus de sua natura genuit filium deum sibi coequalis & coeternum. Idem quoq; unigenitus deus secundo natus est. ex patre semel. ex matre semel. Natus est enim de patre dei verbum. Natus est de matre verbum caro factum. unus ergo atque idem dei filius natus est ante secula / & natus in seculo. & veraq; nativitas unus est filius dei. diuina scilicet & humana. **De hoc etiam iohannes Damascenus ait.** duas ergo Christi nativitates veneramur. unam ex patre ante secula / que est super causam & rationem. & tempus & naturam / & unam que in ultimis. propter nos. & secundum nos & super nos. propter nos / quia propter nostram salutem. Secundum nos / quia natus est homo ex muliere. & tempore conceptionis. scilicet nouem mensium. Super nos quia non ex semine. sed ex sancto spiritu & sancta virginem supra legem conceptionis. Ex his manifeste apparuit Christus duas esse nativitates eundemque bis natum fore

¶ De adoratione humanitatis Christi / an easdem sit adoratio humanitati & deitati exhibenda. 9 longa Disputatio 3r 9 8

Dicitur. Reterea inuestigari oportet / utrum caro Christi & anima una ea demque cum verbo debeat adoratione adorari illa scilicet que latra dicatur. Si enim anima vel caro Christi exhibetur latra que intelligitur seruitus sive cultus soli creatori debitus. cuius anima Christi vel caro creatura tantum sit / creature exhibetur quod soli creatori debetur. quod facienti in idolatria deputatur

*Laudia et Iulius monachis
memoriis suis.*

LXXXVII
Ideo quibusdam videtur non illa adoratione que latra est carnem Christi vel amam Christi esse adorandam. sed illa que est dulia. cuius duas species vel modos esse dicunt. **E**st enim cuiusdam modi dulia que creature cilibz exhiberi potest et est quedam soli humanitati exhibenda. non alijs creature. quia Christi humanitas super omnem creaturam est veneranda et diligenda. **N**on tamen adeo ut cultus diuinitati debitus ei exhibeat. qui cultus in dilectione et sacrificij exhibitione atque reverentia consistit. qui latime de pietas/ grece autem theosebia. id est dei cultus/vel eusebia id est bonus cultus

LXXXVIII
Aliorum sententia qua unam adorationem veriqz exhibendam tradunt.

Hijs autem placet Christi humanitatem. una adoracione cum verbo esse adorandam non propter se sed propter illum cuius scabellum est cui est unita. Neque ipsa humanitas sola vel una/ sed cum verbo cui est unita. nec propter se sed propter illum cui est unita/ est adoranda. **N**ec qui hoc facit idolatrie reus iudicari potest. quia nec soli creature nec propter ipsam sed creatori cuius humanitate et in humanitate sua seruit. **D**e hoc Iohannes ita ait. Due sunt nature Christi ratione et modo differentiae. Omite vero secundum postasim. Unus ergo Christus est deus perfectus. et homo perfectus quem adoramus cum patre et spiritu una adoratione cum incontaminata carne eius. Non inadorabilem carnem dicentes. adoratur enim in una verbis postasi. que postasis generata est. Non creature veneratione prebentes. Non ergo ut nudam carnem adoram. sed ut unitam deitati in unam postasim dei verbi duabus reductis naturis. **T**imeo carbonem tangere propter ligno copulatum ignem. Adoro Christi dei mei simul utraqz naturam. propter carnem unitam deitatem. Non enim quartam appono personam in trinitate. sed unam personam confiteor

verbi et carnis eius. **H**ijs verbis insinuari videat christi humanitatē una adoratione cum verbo esse adorandā. **D**e hoc etiam aug. ex sermone domini ubi dicit. non turbetur cor vestrum ita dicit. Dicunt heretici filium non natura esse deum sed creatum. **Q**uibus respondendum est. quod si filius non est deus natura sed creatura nec colendus est omnino. nec ut deus adorandus. dicente apostolo. Coluerunt et seruerunt potius creature quam creatori. **S**ed illi ad hoc replicabunt et dicent. **R**uid est quod carnem eius quae creatam esse non negas simul cum diuinitate adoras. et ei non minus quam diuinitati deservis. **E**go dominicam carnem immo perfectam in Christo humanitatē ideo adoro quam a diuinitate suscepta. et deitati unita est. ut non aliū et aliū. sed unū eundemque deum et hominem. filium dei esse confitear. **D**emque si hominem separaris a deo. illi non credo nec seruo. velut si quis purum vel diadema regale iacens inueniat. nuncquid ea conabitur adorare. **C**um vero ea rex fuerit induitus piculum mortis incurrit. si ea cum rege adorare quis contempserit. Ita in Christo domino humanitatem non solam vel nudam. sed diuinitati unitam scilicet unū filium deum verum et hominem verum. si quis adorare contempserit. eternaliter morietur. **I**dem super psalmū. **I**xxix octauū ubi deus adorate scabellum pedum eius quoniam sanctum est. **S**ciendum quia in Christo terra est id est caro que sine impietate adoratur. Suscepit enim de terra terram. quia caro de terra est et de carne marie carnem accepit hoc sine impietate a verbo dei assumpta adoratur a nobis. quia nemo carnem eius manducat nisi prius adoret. sed qui adorat non terram intuetur sed illum potius cuius scabellū est propter quem adorat. **H**ijs auctoritatibus permisso investigationis absolutione explicatur.

Ten Christus secundus quod homo est sit persona vel aliquid. *ad finem formam*

III

810

Sicut etiam a quibusdam inquiri. utrum Christus secundum quod homo sit persona vel etiam sit aliquid. Et utraq; parte huius questionis argumenta concurrunt. Quia enim persona sit. his edisserunt rationibus. Si secundum quod homo aliquid est vel persona. vel substantia. vel aliud est. Sed aliud non ergo persona. vel substantia. Si substantia est vel rationalis vel irrationalis sed non est irrationalis substantia. g. rationalis. Si vero secundum quod homo est rationalis substantia. ergo persona. quod hec est diffinitio personae substantia rationalis in diuidue nature. Si ergo secundum quod homo est aliquid. et secundum quod homo. persona est. Sed ecouerso. si secundum quod homo persona est. vel tercia in trinitate. vel alia. sed alia non ergo tercia in trinitate persona. At si secundum quod homo. persona est tercia in trinitate. g. deus. Propter hec inconuenientia et alia quod dicuntur secundum hominem. non esse personam. nec aliquid nisi forte secundum sit expressum unitatis personae. Secundum enim multiplicem habet rationem. Aliquando enim exprimit conditionem. vel proprietatem diuine nature vel humanae. aliquando unitatem personae. aliquando notat habitum. aliquando causam. cuius distinctionis rationem diligenter lector animaduertat/ atque in simo memorie recondat. ne eius confundantur sensus cum de Christo sermo occurrit.

Et si Christus secundum quod homo dicatur substantia rationalis/ non inde tamen sequitur quod persona sit secundum quod homo

Hoc tamen non sequitur quod in argumentatione superiori inductum est. Quia si Christus secundum quod homo est substantia rationalis. ergo persona. Nam et modo anima Christi est substantia rationalis. non tamen persona. quia non est per se sonans. immo alij rei coniuncta. Illa tamen persone descriptio/

non est data per illis tribus personis.

Alia probatio quod Christus sit persona.

Sed adhuc aliter mitinre probare Christum secundum hominem esse personam. quia Christus secundum quod homo predestinatus est. ut sit filius dei filius. Sed illud est quod ut sit predestinatus est. ergo si predestinatus est secundum quod homo ut sit filius dei. et secundum quod homo est filius dei. Ad quod dici potest Christus esse id quod ut sit predestinatus est. Est enim predestinatus ut sit filius dei. et ipse vere est filius dei. sed secundum hominem predestinatus est ut sit filius dei. quia per gratiam habet hoc secundum hominem. nec tamen secundum hominem est filius dei. nisi forte secundum unitatis personae sit expressum ut sit sensus. Ipse qui est homo est filius dei. ut autem ipse ens homo sit filius per gratiam habet. sed si causa notetur falsum est. Non enim homo est eo dei filius est.

An Christus sit adoptivus filius secundum quod homo vel alio modo.

Si vero queritur an Christus sit adoptivus filius secundum quod homo/ sive alio modo. respondemus Christum non esse adoptivum filium aliquo modo. sed tantum naturalem. quia natura filius dei est non adoptionis gratia. Non autem sic dicitur filius natura ut dicitur deus natura. Non enim eo filius est. quo deus est. quia nativitate divinitatis filius est. et cu[m] dicitur natura vel nature filius. quia naturaliter est filius eandem scilicet habens naturam quam ille qui genuit. Adoptivus autem filius non est. quia prius non fuit. et postmodum adoptatus est in filium / sicut nos dicimus adoptivi filii. Quia cum nati filii fuerimus ire filii/ per gratiam facti sumus filii dei. Christus vero nunquam fuit non filius. et ideo non est adoptivus filius

Opimo quod sit adoptivus filius

9

Sed ad hoc opponitur sic / xpc filius hominis est id est virgines aut gratia / aut natura vel utroq modo. Si vero natura aut diuina aut humana. sed diuina nō. ergo aut humana natura . aut non natura est filius hominis . Si non natura / ergo gratia tantum. et si etiam natura humana / n̄ ideo minus per gratiam . Si ergo gratia filius hominis est / adoptiuus filius esse videtur. vt idem sit naturalis filius patris et adoptiuus filius virginis . Nd quod dici potest . xpm filii virginis esse et natura vel naturaliter et gratia . nec tamen adoptiuus filius virginis est . q̄ non p adoptionem . sed per vmonē filii virginis esse dicitur . filius em̄ virginis dicitur . eo q̄ in virgine hominē accepit in vnitatem persone . et hoc fuit gratie et non nature . Vnde aug . sup ioh . ait . **G**y vngemitus est equalis patri . nō est gratie . sed nature . Gy aut̄ in vnitatem persone vngemiti assumptus est homo gratie est . non nature . Cristus ergo . nec dei nec hominis est adoptiuus filius . s̄z dei naturaliter et hominis naturaliter . et gratia filius . Gy vero naturaliter sit hominis filius . aug . ostendit in libro de fide ad petru . Ille scilicet deus factus est naturaliter hominis filii . qui est naturaliter filii vngemiti dei patris . Gy aut̄ nō sit adoptiuus filii . et tamē gratia sit filius ex subditis probat testimo nijs . **H**ieromim̄ sup epistolā ad ephesi os ait . De xpo ihesu scriptū est . q̄ semp cum patre fuit . et nunq̄ eum vt esset . volūtas paīna pcessit . et ille quidē naēa filius est . nos vero adoptione . Ille nunq̄ non fuit filius . nos anteq̄ essemus predestinati sumus / et tunc spiritum adoptionis accepimus quando credidimus in filiu dei . **H**illarius quoq; in libro tercio de trinitate ait . Domin⁹ dicens clariſca filium tuum . non solo nomine constatus est se esse filium dei / sed etiam proprietate . Nos sumus filii dei sed non talis hic filius . **D**ic em̄ verus et propri⁹

est filius origine . non adoptione . veritate non nuncupatione . nativitate . n̄ creatione Augustinus etiam super ioh . ait . **N**os sumus filii gratia non natura . vngemitus autē natura / non gratia . an b̄ etiam in ipso filio ad hominem referendum est . Ita sane ambrosius quoq; in primo li . de trinitate ait . Cristus filius est non per adoptionem sed per naturā per adoptionem nos filii dicimur . ille p veritatem nature est . Ex his evidenter ostendit q̄ xpc non sit filius gratia ad optionis . Illa enim gratia intelligitur . cum a ug . eum non esse gratia filium asserit . gratia enim sed nō adoptionis immo vmonis . filius dei est filius hominis et econuerso .

Verum persona vel natura predestinata sit .

Eīn si queritur vtrum predestinatio illa quā cōmemorat apostolus sit de persona an de natura . sane dici potest et personam filij q̄ semper fuit esse predestinatam secundū hominem assumptū . vt ipsa scilicet ens homo esset dei filius et naturam humam esse predestinatam vt verbo patris personaliter vñretur .

Verum xpc sit creatura sive creat⁹ vel factus .

Olet etiam queri . vtrum debeat simpliciter dici atq; concedi xpm esse factum . vel creatum . vel creaturam . Nd qd dici potest . hoc simpliciter et absq; determinatione minus congruenter dici . Et si quandoq; breuitatis causa simpliciter denuntiet . nunq̄ tamen simpliciter debet intelligi quia vt aug . in primo librō de trinitate ait . Cum de xpo loquimur . quidē secundū quid et propter quid prudens et diligens ac pius lector intelligere debet . Qui xpm vel dei filium non esse factum vel creaturam . in primo li . de tri . ostendit ita inquietus . In principio erat

1. cap.

perbum. et verbū caro factum est. et omnia p ipsum facta sunt. Neq; omnia dicunt nisi que facta sunt. et omnem creaturam. Vnde liquido apparet ipsum factum non esse. p quem omnia facta sūt. et si factus non est/creatura non est. Si autem creatura non est eiusdē cū patre substantie est. Omnis em̄ substātia que deus non est. creatura est. et que creača non est. deus est. Sed si fili⁹ nō est eiusdem substātiae c2 pater. ergo facta substantia est. et si facta substantia est. non omnia per ipsum facta sunt. Et omnia p ipsum facta sunt. facta ergo substātia n̄ est. sed vna cum patre infecta substātia est. Item in eodem. Si filium fecit pater quem non fecit ipse filius. nō omnia per filium facta sunt. Et omnia p filium facta sunt. Ipse ergo factus non est. vt cum patre ficeret omnia que facta sūt. Idem in li. lxxiiij. questione. Dicitur creatura quidquid fecit pater deus per filium. qui nō potest appellari creatura. quoniam p ipm facta sunt omnia. Ambro-
m pri. li. de t. Probem⁹ inquit creaturā non esse dei filium. Audiuimus enim in euāngelio dominū mandasse discipulis Predece euāngelium vniuersale creačē. Qui vniuersam creaturam dicit nullam ercipit. et ubi sunt qui creaturam xp̄m appellant. Naz si creatura esset. sibi mādaret euāngelium predicari. et subiect⁹ ess; vāmitati. quia testātē apostolo. Omnis creatura vāmitati subiecta est. nō ḡ xp̄c creatura est. s; creator qui docende creature discipulis mandat officium.

De perfidia et pena arzij.

Arrij hec fuisse pfidia legitur ut xp̄m creaturā fateretur. Ideo effusa sūt arzij viscera. at q; cresput medius pstratus in faciem. ea qb̄ cristum negauerat. feda ora pollutus. His alijsq; pluribus testimonis instrui-
mur. non debere fateri simpliciter xp̄m esse factum vel creaturam. s; addita de-
termiatiōe recte dici potest. vt si dicat

factus secundum carnem vel secundum hominem. vt factura humānitati. non dō attribuat. Ut em̄ ait ambro. i primo libro detrinitate. Non deus factus est. s; deus dei filius nat⁹ est. Postea vero secundum carnem. homo fact⁹ ex maria est. Osisit em̄ de2 filiū suū factū ex muliere. factū sub lege. filiū inq̄t suum. sc; nō vnu de multis cū dicūt suū generatōis eternae priprietatē signauit. Postea factū ex muliere asseruit. ut factura non diuinitati / sed assumptioni corporis ascriberetur. factū ergo ex muliere dicit propter carnis susceptionem. Sub lege propter obseruantiam legis. generatio generationi non pīudicat. nec caro diuinitati. Deus em̄ eternus m̄carnatiōis sacramentum suscepit. non diuid⁹ sed vnu. et n̄ p̄troq; vnu scilicet diuinitate et corpore. Non enim alter ex patre. aliter ex virgine. s; idem. aliter ex patre. aliter ex virgine. qui factus est secundum nr̄e susceptionem nature. non secundū etne substantiam vite. quē legim⁹ primogēnītum et vīgemītū. Primogēnītum. q; nemo ante ipsum. vīgemītum. q; nemo post ipsum. Ex hijs evidenter traditur qua intelligentia accipiendum sit. cum dicitur. xp̄s fact⁹ vel simplicit̄ vel cum additamēto vt facta scilicet vel creača nō ad assumētē deum. s; ad assumptū hominem referatur. In deo em̄ creača esse non potest vt amb̄. ait in primo. li. de t̄mīta. Nunquid dico factus est xp̄s. Nunquid mādato creatus ē xp̄s. Quō autez creatura esse in deo potest. Etem̄ deus nature simplicis est non comuncte atq; cōposite cui nichil accidat. sed so-
lum quod diuīnum est in natura habeat sua. Et si ergo xp̄s scđm homīez dicēt creatura. non tamen simpliciter p̄dican-
dus est natura. Nec ex eo quod xp̄s hīm homīē dicitur esse creatura. potest q; progredi sic argumentando. Si secum-
dum q; homo xp̄s ē creatura. vel ratio-
nalib; vel nō. vel que est de2. vel nō. mītēs p hoc p̄bare. xp̄m esse aliquid n̄ diuīnum.

quia qđ ipse est scđm hominem ipse ē
Et ideo si scđm hominez est aliqua sub
stantia non diuina. est utiqz aliquid non
diuum. Sed ex tropicis locutionibus
non est recta argumentatio pcessio
Illa autem locutio tropica est qua xp̄c
dicitur creatura vel simpliciter vel cuz
adunctione.

Hec arg. deo. qđ id p̄sequit̄ se in p̄f. p̄f.
Tan homo ille semper fuerit vel ceperit.
esse. *Dividenda Distinctio*

Dicit predicta queritur. vtrum
homo ille ceperit esse. vel sem-
per fuerit. sicut simpliciter enū-
ciamus christum vel dei filium semper
fuisse nec cepisse. **D**e hoc augustinus
ita inquit super iohannēm. **H**abuit ali-
quando dei filius quod nondum habu-
it idem ipse homo dei filius. quia nōdū
erat homo. **I**tēm idem in eodem. **P**ri⁹
qđ mundus esset. nec nos eramus. nec ip-
se mediator dei et hominum homo cri-
stus h̄esus. **I**dem super psalmum. xp̄c
noster. et si forte homo recens est. tam
est eternus deus. **A**libi vero legitur / qđ
puer ille creauit stellas. et xp̄c dicit se es-
se principium et esse ante abraham. **H**is
ergo alijsq; autoritatibus in nullo resul-
tantes. dicimus hominem illum inquan-
tum homo ē cepisse. inquantum verbū
est semper fuisse. **D**ic enim absq; distin-
ctione nō est referēda responsio. **N**ā et
ipse augustinus huiusmodi vtitur disti-
ctione in pluribus locis dicens per xp̄m
omnia esse facta inquantum verbum ē.
Secundum illud vero qđ homo ē/ ipsum
esse factum et glorificatum. **S**i ergo ad
personam respicias confidenter dic ho-
minem illum semper fuisse. **S**i vero ad
naturam hominis/ concede eum cepisse

TSi deus alium hominem assumere potu-
it vel aliunde qđ de genere ade.

Olet etiam queri vtrum alium
hominem/ vel aliunde qđ de ge-
nere illius adam deus assume-
re potuerit. **N**ō quod sane dici potest is-

psum aliam animam et alias carnem po-
tuisse assumere. quia gratia tātu; assūni-
pta est anima illa; et caro a verbo dei.
Vt enim ait augustinus. In rebus p̄ te-
pus ortis illa summa gratia ē/qđ homo i-
nitate persone coniunctus ē deo. Po-
tuit ergo deus aliam animam / et aliam
carnem sumere. et carnem utiqz aliunde
qđ de genere adam. **V**nde augu. i libro
tredecimo d̄ trinitate. Potuit itaqz de-
us hominem aliunde suscipere/ in quo es-
set mediator dei et hominum. non de ge-
nere illius adam/ qui peccato suo obli-
gauit genus humanum/ sicut ipsum quē
primo creauit/ non de genere alic⁹ crea-
uit. Potuit ergo vel sic. vel alio quo vel
let modo creare vnum alium de quo vi-
ceretur victor prioris. **S**ed melius iudi-
caūt. et de ipso qđ victum fuerat gene-
re assumere hominem. per quem homi-
nis vinceret inimicum/ et tamen ex vr-
gine/ cuius conceptum spiritus/ non cas-
ro. fides/ non libido preuenit. nec inter-
fuit carnis cōcupiscentia/ qua ceteri cō-
cipiuntur qui originale trahunt pecca-
tum. sed credendo non concubendo fa-
cta ē secundata virginitas. **E**x his aper-
te oñditur/ et alium et aliunde hominez
deum assumere potuisse.

Tingit h̄ic p̄fectio culpe p̄m̄. **V**eritas p̄f.

Si homo ille potuit peccare. vel non es-
se deus.

Hdeo non immerito queritur. vtrū hō
ille potuerit peccare vel non ēē deus
Si enim potuit peccare/ et potuit dā-
nari. **S**i potuit damnari. potuit non
esse deus. ergo si potuit peccare/ potu-
it non esse deus. quia esse deum/ et pos-
se velle iniquitatem/ simul esse nequeūt
Dic distinctione opus ē. vtrum d̄ psona
an de natura agatur. **S**i em̄ de persona
agit manifestum ē. quia peccare nō po-
tuit. nec deus non ēē potuit. **S**i vero d̄
natura discutiendum ē/ vtrum agat de
ea vt verbo vmita. an d̄ ea tanqua; non
vmita verbo/ et tamē enti. vel d̄ ea scđm
qđ fuit vmita verbo. an de ea scđm qđ ēē

ypalys s̄ qm̄ agn̄ d̄ patr̄os
tes t̄ vtrū d̄t̄ d̄t̄. **I**nferm
m̄m̄ t̄ḡa in p̄m̄. p̄m̄
d̄y. **L**e s̄ qđ m̄m̄. **S**u-
m̄m̄ s̄ qđ s̄ qđ. **S**u-
m̄m̄ s̄ qđ s̄ qđ. **S**u-
m̄m̄ s̄ qđ s̄ qđ.

ebat. **S**eruitus p̄m̄.

Sup̄ m̄m̄ et h̄e z̄nglo fulp̄
D̄ tristella d̄m̄i m̄m̄. **S**u-
m̄m̄ s̄ qđ s̄ qđ. **S**u-
m̄m̄ s̄ qđ s̄ qđ. **S**u-
m̄m̄ s̄ qđ s̄ qđ. **S**u-
m̄m̄ s̄ qđ s̄ qđ.

Ad ſhar.

Act̄ d̄ deft̄. qđ d̄m̄
d̄m̄. **L**et̄ h̄. **T**o m̄m̄
d̄ deft̄. vlp̄ qđ d̄m̄
V̄l̄ aliude qđ d̄ p̄f. **R**et̄ d̄
m̄m̄ s̄ qđ s̄ qđ.

III

*non sicut hunc lumen illud est sicut omnes astutus deinde sicut omnes
non dimicata fuit ut gloriatur puerus suorum respectu laetitiae impotest
evidens ex liberalitate domini nunc puerus meus sic dicit
Iudeus apostolus videntur fratres.*

Dicitur

potuit et non vmita verbo. Non est em ambiguum animam illam entem vmita verbo peccare non posse. et est sine ambiguitate verum / eadem si esset et non vmita verbo/ posse peccare.

Tuorundam opinio est potuerit etiam vmita deo peccare.

Quidam tamen probare conant etiam eam vmitam verbo posse peccare. quia liberum arbitriu habet et ita potest flecti in utramque partem. quod fruolum est. cum et angeli liberum arbitrium habeant. et tamen gratia adeo sunt confirmati ut peccare nequeant. Quantomagis ergo ille homo cui spiritus est datus sine mensura. Inducunt quoque autoritatem ad probandum idem. Scriptum est enim in libro sapientie. Qui potuit transgredi et non est transgressus. facere malum et non fecit. Sed hoc accipendum est secundum membra vel partim de capite. partim de membris. De capite non est transgressus et non fecit malum. De membris potuit transgredivi et facere malum.

Tu si deus potuerit assumere hominem. in sexu muliebri.

Sicut etiam queri. quamvis curiose a nonnullis / si deus humam naturam potuit assumere secundum muliebrem sexum. Quidam arbitrantur eum potuisse assumere hominem in femineo sexu/ ut assumpsit in virili. Sed oportunitus atque conuentius factus est. ut de femina nascetur et virum assumeret. ut ita utriusque sexus liberato ostenderetur. **Vnde aug. in libro. Irenij** questionum. hominis liberatio in utero. quod sexu debuit apparere. ergo quia virum oportebat suscipere. qui sexus honorabilior est. consequens erat ut feminei sexus liberatio hinc appareret / quod ille vir de femina natus est. Sapientia ergo dicitur ut magis filius hominem suscepto in utero et de utero virginis habet

rationem hominis indicavit

Tu si secundum naturam hominis in sapientia et gratia proficere potuit vel profecit. **Distinctio Tredesima 3r**

Preterea sciendum est. rpm secundum hominem / ab ipsa conceptione / gracie plenitudinem recepisse. cui spiritus datus est non ad mensuram et in quo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Ita vero habitat ut ait augustinus dardanum. quod omnis gratia plenus est. Non ita habitat in sanctis ut in nostro corpore inest sensus singularis membris. sed non quantum in capite. Ibi enim et visus est. et auditus. et olfactus. et gustus. et tactus. In ceteris autem solus est tactus. Ita et in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis. quia ille est caput in quo sunt omnes sensus. in sanctis vero quasi solus tactus est. quibus datus est spiritus / ad mensuram cum de illius plenitudine acciperent. Acceperunt autem de illius plenitudine non secundum essentialiam sed secundum similitudinem / quia nunquam illam eandem essentialiter / secundum acceperunt gratias. Duer ergo ille plenus sapientia et gratia fuit ab ipsa conceptione. **Vnde hieremias recte dicit.** Nouum faciet dominus super terram mulier circumabit virum / quia in utero virginis perfectus vir exiit. non solum propter animam et carnem. sed etiam propter sapientiam et gratiam qua plenus erat.

Autoritatem ponit que videt obuiare

Hic autem sententie videt obuiare. quod in luce euangelio legitur. Ihesus proficiebat sapientia et etate et gratia apud deum et homines. si enim proficiebat sapientia et gratia / non videtur a conceptione plenitudinem gratie sine mensura. **N**on quod sane dici potest ipsum secundum hominem tantam a conceptione accepisse sapientiam et gratie plenitudinem ut deus ei pleni-

conferre non potuerit / tamen vere dicitur profecisse sapientia & gratia . non quidem in se . sed in alijs qui de eius sapientia & gratia proficiebat . dum eis sapientie & gracie munera secundum processus etatis magis ac magis patefaciebat . **Vnde greg.** in quadam omelia ait . **Juxta hominis naturam proficiebat sapientia .** non q̄ ipse sapientior esset ex tempore . qui a prima conceptionis hora spiritu sapientie plenus permanebat . sed eandem qua plenus erat sapientiam ceteris ex tempore paulatim demonstrabat . **Juxta hominis naturam proficiebat etate / de infantia ad iuuentutē .** Juxta hominis naturam proficiebat gratia non ipsum quod non habebat per accessum temporis accipiendo . sed pandēdo donum gratie . quod habebat apud deū & hoies proficiebat / q̄ quantū proficiente etate patefaciebat hominibꝫ dona ḡtie que sibi in erant / & sapientie dona tantum eos ad laudem dei excitabat . & sic deo patri ad laudē di . & hominibus ad salutem proficiebat . In alijs ergo non in se proficiebat sapientia & gratia . **Vnde in euangelio .** puer ille sapiētia plenꝫ & gratia perhibetur . Si ergo dicitur profecisse sapientia & gratia . ut aliquis rector ecclesiasticus dicitur proficere in cura sibi tradita . cum per eius industram alij proficiunt

Predictis videtur aduersari quod Ambrosius ait .

Alibi tamen scriptum reperitur q̄ secunduz sensum hominis profecerit sicut etate hominis profecit . **N**it em̄ ambroꝫ . in libro tercio de spiritu sancto sic . deus perfectionem nature suscepit humane . Suscepit sensum hominis . sed non sensu carnis fuit inflatus . sensu hominis ammam dixit conturbataꝫ . sensu hominis esuriuit & rogauit . sensu hominis profecit sicut scriptum ē ihesus proficiebat etate . & sapientia . & gratia . **H**uomodo proficiebat sapiētia

dei . profectus etatis . & profectus sapientie / non diuine sed humane ē . Ideo etatem commemoravit . vt secundum hominem crederes dictum . **E**tas em̄ non diuinitatis sed corporis est . ergo si proficiebat etate hominis . proficiebat sapiētia hominis . **S**ensus autem profecit . q̄ sensus ideo sapientia qui sensus proficiebat . si humanus ergo susceptus ē ipse . si diuimus ergo mutabilis per profectum . q̄ em̄ proficit mutatur in melius sed quod diuum est non mutatur . qd ergo mutatur non est diuum . **S**ensus ergo proficiebat humanus . **S**ensum ergo suscepit humanum . **N**ec poterat cōfortari virtus dei . nec crescere deꝫ . nec altitudo sapiētie dei impleri . **C**ue ergo implebatur / non erat dei . sed nostra sapientia . **N**am quomodo implebatur . qui vt omnia impleret descendit . Per quem autem sensum dixit isaias / q̄ patrem ne sciebat puer aut matrem . **S**criptum est em̄ . priusq̄ sciat puer patrem aut matrē accipiet spolia samarie . **S**apiētia enim dei futura & occulta non fallunt . expers autem agnitionis infantia . per humanā vtiq; imprudētiā quod adhuc non didicit / ignorat . **S**ed verendum est inqne si duos principales sensus aut geminam sapientiam xp̄o tribumus / xp̄m dividamus . **N**unquid cum & diuinitatem eiꝫ & carnem adoramus xp̄m dividimꝫ **S**unquid cum in eo ymaginem dei crucemq; veneramur . dividimꝫ eum . **A**postolus certe qui de eo dixit quoniam et si crucifixus est ex infirmitate nostra . viuit tamen ex virtute dei . ip̄e dixit q̄ non diuinus est xp̄us . **N**unquid xp̄us cum dicimus . quia animam rationale . & intellectu nostri suscepit capacem dividimus eum . **N**on enim ip̄e deus verbum p̄ aia rationali & intellectus capaci . in carne sua fuit . sed animam rationale & intellectus capacem & ip̄a humanam . & eiusdem substantie cuius nostre sunt anime et carnem nostre similem eiusdēq; cuiꝫ caro ē nostre substantie suscipiens pfectus

III

etiam homo fuit

De intelligentia p̄missorum verborum.

Hec verba ambrosij/pia diligen-
tia inspicienda sunt que ex par-
te hominis ignorantiam instru-
unt & illuminant ex parte. erandi fomi-
tem male intellecta ministrant. His ete-
m̄ euidenter traditur duos in xp̄o es-
se p̄incipales sensus sue geminam sa-
pientiam. Neq; ideo vnitas & singulari-
tas p̄sonae diuiditur. Sz iuxta duas na-
turas duas habet sapientias / vnam nō
creatam sed genitam . que ipse est. alte-
ram non genitam. sed creatam. & per ḡ
tiam ei collatam. nam ipsas de eo pro-
testatur. Requiescet super eum spiritus
sapietic & intellectus &c. Spiritu ergo
sapientie & intellectus. i. sapientia & in-
telligentia per spiritum sanctum gratis
data/xpc erat sapiens secundum animā
secundum deum vero sapiens erat sapi-
entia eterna que deus est. & sicut in qua-
tum deus est/bonus est bonitate natu-
rali que ipse est/& iusta iusticia natura-
li que ipse est. ita sapiens sapientia natu-
rali que ipse est. **A**nima vero eius sicut
bona est. & iusta bonitate vel iusticia ḡ
tis data. que ipse vel ipsa nō est / ita est
sapiens sapientia gratis data. que ipsa
non est. & licet gemina in xp̄o sit sapien-
tia. vna tamē eademq; persona est / que
in quantum deus est . vel in quantum na-
tura diuina est/sapiens est. sapiens eter-
na sc̄ sapientia gemita a se ipsa. & sapien-
tia que non est gemita que commūnis ē
tribus personis non tamen gemina sapi-
entia. quia non est alia & alia sapientia.
sapientia gemita . que tantum filius est
& sapientia que communiter pater est.
& filius & spiritus sanctus. Inquantu; ve-
ro eadem persona est homo. i. secundū
hominem acceptum. vel in quantum est
subsistens ex anima & carne/sapiens est
sapientia gratuita. Sapiens ergo ē hu-
mano sensu & diuino.

Truomodo intelligendum sit illud sen-
sus proficiebat humanus.

Sed ex qua causa illius dicti in-
telligentia scilicet sensus profi-
ciebat humanus. assumenda ē.
Aperte em̄ videtur Ambrosius innuere
q; secundum humanum sensum xpc pro-
ficerit. & q; infantia eius expers cogni-
tions fuerit. & patrem & matrem igno-
rauerit. qd nec ecclesia recipit nec pre-
misso autoritates patiuntur sic intelligi
Sed ita sane potest accipi ut quantum
ad visum hominū & sui sensus ostensi-
onem/xpc profecisse dicatur. proficiebat
ergo humanus sensus in eo secundum
ostensionem & aliorum hominum opi-
monem. Ita etiam patrem & matrem
dicitur ignorasse in infantia quia ita se
habebat & gerebat ac si agnitionis ex-
pers esset.

TSi anima xpi habuerit sapientiā parem
cum deo. & si omnia scit que deus /
Discretio deca quarta

Hic queri opus est / cum anima
xpi esset sapiens sapientia gra-
tuata. vtrum habuerit sapientiā
equalem deo. siue omnium rerum scien-
tiā habuerit vel habeat . i. vtrū oia sciat
que deus scit. Quibusdā placet/q; nec
parem cum deo habeat scientiam/nec
omnia sciat q; deus. Quā in nullo crea-
tura equatur creatori. Cuz ergo anima
illa creatura sit/in nullo equatur crea-
tor. ergo nec in sapientia. Non ergo habz
equalem cum deo sapientiā; nec scit om-
nia que deus. Itēz si anima illa equalez
habet cum deo sapientiam. non ergo de-
us in omni bono / maiorem habet suffi-
cientiam q; eius creatura. Inducunt eti-
am autoritates ad idem probandum.
Nit em̄ prophēta ex persona hominis as-
sumpti. Mirabilis facta est scientia tua
ex me & non p̄tēto ad eam. Quod ex-
ponens cassiodorus ait. Veritas hūane
conditionis ostenditur. quia assumpt?

Contra propositum quod in libro de spiritu sancto dicitur quod nemo nisi Christus potest sapientiam habere. sed id est quod ei sapientiam non habet nisi omnia scientia etiam sapientia. sed id est quod ei sapientiam non habet nisi omnia scientia etiam sapientia.

homo diuine substantie non potest equari vel in scientia vel in alio. Apostolus etiam ait. Nemo nouit que sunt dei nisi spiritus dei. qui solus scrutatur omnia etiam profunda dei. Hoc alijsque pluribus rationibus et autoritatibus intunduntur qui animam Christi asserunt nec parens cum deo habere scientiam/nec omnia que deus scit quia si omnia scit quod deus. scit ergo creare mundum. scit etiam creare seipsum.

Responsio questionis diffinitiva continens sententiam

propositum quod in libro de spiritu sancto dicitur quod nemo nisi Christus potest sapientiam habere. sed id est quod ei sapientiam non habet nisi omnia scientia etiam sapientia.

Propositum quod in libro de spiritu sancto dicitur quod nemo nisi Christus potest sapientiam habere. sed id est quod ei sapientiam non habet nisi omnia scientia etiam sapientia.

Vobis respondentes dicimus animam Christi per sapientiam gratia datam in verbo dei cui unita est. quod etiam perfecte intelligit omnia scire que deus scit. sed non omnia posse que potest dicens. nec ita clare et perspicue omnia capit ut deus. et ideo non equatur creatori suo in scientia. et si omnia sciatis que et ipse. nec est eius sapientia equa lis sapientie dei/quia si illa multo est dignior. digniusque et perfectius omnia capit quod illius animae sapientia. ergo et in scientia maiorem habet sufficientiam deus. quod anima illa que dignior est omni creatura. Illud vero apostoli quod inducunt nemo nouit que dei sunt nisi spiritus dei qui solus scrutatur omnia pro nobis facit. Oro enim addidit apostolus. nos autem spiritum dei habemus ut per spiritum dei quem habebat profunda se scire ostenderet. sed anima illa per omnibus spiritum dei habuit cui spiritus non est datus ad mensuram. ut ait iohannes euangelista. Dona ergo spiritus sancti sine mensura habuit ergo et sapientiam. Omnia ergo sciuit anima illa. Si enim quedam sciuit quedam non/cum non sine mensura scientiam dei habuerit. sed sine mensura scientiam habuerit. sciuit ergo omnia. Fulgentius etiam in sermone quodam multa inducit quibus asserit animam illam rerum omnium scientiam habere utens autoritate apostoli dicentes. In quo sicut

omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. Quod etiam ratione potest probari sic. Nihil scit aliquis quod eius anima ignoret. Sed Christus secundum omnium concessionem omnia scit. ergo anima eius omnia scit. Non id vero quod dicunt si omnia scit. ergo scit creare mundum vel se ipsum. Respondemus quod scientiam habet mundum creandi. sed non potentiam. et creandi animam et scit quomodo deus seipsum creavit. habet ergo scientiam sui creare. sed non sui creande. quia non est creanda sed creata.

Quare deus non dedit ei potentiam omnium ut scientiam

Iverò queritur quare deus non dederit ei potentiam faciendi omnia ut scientiam. responderet potest. quia naturaliter capax est scientie. et ideo id congrue ei datum est sine mensura. cuius ipsa naturaliter capax est. non est autem ei datum posse omnia facere que deus facit ne omnipotens. et hoc deus putareatur. Veruntamen forte nec potentiam faciendi omnia ei deus prestare potuit et si potentiam faciendi aliqua que non facere potest. Scit ergo anima Christi omnia que deus scit in verbo dei quod liquidius et presentius omni creatura contemplatur ut ei verita. in quo etiam angeli et que dei sunt et que futura sunt cognoscunt.

Quomodo intelligenda sint quedam verba ambrosij sup lucam

Et si illa anima non habet tantam potentiam. quantam et deus. nec homo assumptus tantam potentiam quantam et deus. quomodo ergo intelligitur illud ambrosij super lucam. ubi angelus de nasciendo filio virginis ait. hic erit magnus. et filius altissimi vocabitur. Non ideo iquit erit Magnus. quod ante partum virginis Magnus non

Contra propositum quod in libro de spiritu sancto dicitur quod nemo nisi Christus potest sapientiam habere. sed id est quod ei sapientiam non habet nisi omnia scientia etiam sapientia.

fuerit. sed quia potentiam quā dei filius
naturaliter habet homo erat ex tempo-
re accepturus ut una sit persona. homo
et deus. Ecce aperite dicit. quod homo erat
accepturus ex tempore potentiam. quam
dei filius habuit naturaliter. Sed si ho-
mo accepturus erat illa; potentiam ergo
uel persona. uel natura hominis. sed per-
sona non. quia semper habuit et habet/
ergo natura. Si natura ergo anima. non
de carne constat/ quod accipere non poss;
Ad quod dicimus illud esse accipiendum
de persona. sed non inquantum est dei/
immo inquantum est persona hominis.
una est enim persona dei et hominis. et fi-
lii dei. et filii hominis. que inquantus dei
persona est semper et naturaliter omni-
potentiam habuit. sed inquantum est hos-
moris non semper fuit. Illa ergo perso-
na que semper fuerat dei. futura erat
hominis persona. et secundum hoc quod
futura erat hominis persona. acceptus-
ra erat ex tempore potentiam quam na-
turaliter et semper habuerat / inquan-
tum dei persona. Secundum hanc disti-
ctionem/ illud et similia sane possunt ac-
cipi. Quae distinctio in pluribus questio-
num articulis est necessaria aduersus quo-
rundam pplexam verbositatem. Sed cum
de rebus constat. in verbis frustra ha-
betur controversia.

**¶ De hominis defectibus quos assumpsit
xpc in humana natura** 14

Quinderima Discretio Textus lib.
Tlud quoq; pretermittendum n
est. q; dei filius naturam homi
nis accepit passibilem. animam
passibilem. carnem passibilem. & morta
lem. Ut em probaretur verum corpus
habere/suscepit defectus corporis. fa
mem. sicut & huiusmodi. Et ut veram
animam probaretur habere. suscepit de
fectus anime. scilicet tristiciam. timore;
dolorem & huiusmodi. **O**mnis autem sen
sus anime est. Non em caro sentit. sed
anima vtens corpore velut instrumento
Vnde Augustinus super genesis in li-

xij. **N**on corp² sentit. sed anima per cor-
pus quo velut nuntio vtitur/ad confir-
mandum in seipsa/quod extrinsecus nu-
ciatur. **S**icut ergo anima que foris est.
per corpus tanqⁱ per instrumentum vi-
det & audit .ita etiam per corpus que-
dam sentit mala que sine corpore no sen-
tiret. ut famez & sitim & huiusmodi. **D**o-
nde non immerito defectus corporis di-
cuntur. **C**uedam autem non per corp²
immo etiam sine corpore sentit. ut est ti-
mor & huiusmodi . **S**entit ergo anima
dolorēs. **S**ed quosdam per instrumen-
tum corporis/quosdam vero non . **S**u-
sccepit autem xp̄c sicut veram naturam
hominis/ita & veros defectus hominis.
sed non omnes. **A**ssumpsit em defectus
pene. sed non culpe. nec tamen omnes d-
fectus pene. sed eos omnes / quos homi-
ni eum assumere expediebat & sue digni-
tati non derogabat. **S**icut em ppter ho-
mīmem homo factus est. ita ppter eum
hominis defectus suscepit. **S**uscepit em
de nostro/ut de suo nobis tribueret. ut
nostrum tolleret. **S**uscepit em nostram
vetustatem / ut suam nobis infunderet
induitatem. **S**implam ille accepit vetu-
statem id est pene/ut nostram duplam
vsumeret id est pene & culpe.

Qualiter accipendum sit illud qd aie
leo papa

Aradit autoritas q̄j dominus noster i se suscepit omnia infirmitatis nostre preter peccatus; qd̄ misi accipiatur de illis tantum. qui eum sumere pro nobis oportuit nec decuit falsum esse probabitur. Non em̄ assumpsit ignorantiam aliquā. cum sit ignorantia quedam que defectus est nec peccatum est. scilicet ignorantia impūnibilis. nam impūnibilis peccatum ē. si tamen de his ē. que nobis expedit sci re. Sunt em̄ quedam quorum scientia non affert vel ignorantia non impediet salutem. & forte talium rerum ignorantia defectus non est. Constat autem in nobis

pena damnationis p[ro]p[ter] peccatum

esse ignorantiam atq[ue] difficultatem vo
lendi vel faciendi bonum/que ad miseri
am nostram pertinet. Vnde aug. in li-
nij. de libero arbitrio. Appbare iquit fal
sa pro veris ut eret inuitus et resistete
atq[ue] torqueante dolore carnalis vinculi
non posse a libidinosis operibus tempera
re/non est natura instituti hominis. sed
pena damnati. Ex qua miseria peccanti
bus iustissime inficta liberat dei gratia
quia sponte homo libero arbitrio cade
re potuit/non etiam surgere. Ad quam
miseriam pertinet ignorantia et difficul
tas quā patitur omnis homo ab exordio
naturitatis sue/nec ab isto malo quisq[ue]
misericordia dei liberatur. Ecce enim dicitur
dicit hic aug. ignorantia qua quisq[ue] um
tus falsa pro veris apparet/et difficulta
tem qua non potest se temperare a ma
lo ad miseriam nostram pertinere. et pena
esse hominis. hec autem Christus non habuit
Non ergo accepit omnes defectus no
stre infirmitatis preter peccatum.

Th*o* ignorantia talis et difficultas non sit
peccatum.

Sed forte aliquis dicet illa esse
peccatum. cum obuiat quod Aug.
tradere videtur. hoc scilicet de
um inculpabiliter ante peccatum in ex
ordio conditionis homini potuisse inui
dere ut essent ei naturalia. Ita in libro
retractationum inquens. Ignorantia et
difficultas/etiam si eent hois primordia
naturalia/nec sic esset culpandus deus
sed laudandus esset. Sed si hoc homo
in primordio naturaliter habuisset/nun
quid essent in eo defectus et pene. Si de
fectus vel pena ei imita fuisset/aut pec
catus iniuste cum eo agi videretur si an
te culpam sentiret penam. Ob hoc sane
dicimus illa non fuisse defectus vel pe
nas si naturaliter homini insuissent si
cuit non sunt homini ante peccatum non
dum gratiam adepto defectus sue pe
na non posse perficere. Sed postquam gratia;

recepit. per quas proficere potuit et ad
tempus profecit eamque culpa sua post a
misit simulque proficiendi facultatem p
didit defectus fuit ei et pena non posse
proficere scilicet a malo declinare et bo
num facere. Omnes ergo defectus no
stros suscepit Christus preter peccatum/ quos
ei conuemebat suscipere. et nobis expe
diebat. Sunt enim plura egredimur ge
nera. et corporis vicia/a quibus oio immu
nis extitit. Quos enim defectus habuit/
vel ad ostensionem vere humanitatis ut
timorem et tristiciam. vel ad impletionem
operis. ad quod venerat ut passibilitatem
et mortalitatem. vel ab immortalitatis
desperatione spem nostram erigendam
ut mortem suscepit. hos autem defectus
non conditionis sue necessitate/sed mi
seratōnis voluntate suscepit. veros qui
dem habuit defectus sicut et nos sed non
eadem causa. Nos enim ex peccato origi
nali hos defectus trahimus sicut apostolus
insinuat dicens. Corpus quidem
propter peccatum mortuum est id est ne
cessitatem moriendi habuit in se. Christus
autem non ex peccato huiusmodi ha
buit defectus. quia sine peccato est con
ceptus et natus et in terris conuersatus
sed ex sola miserationis voluntate/de no
stro in se transtulit veram infirmitatem
sicut accepit veram carnem quam sine
omni infirmitate assumere potuit sicut
absque culpa eandem suscepit

Autoritatibus probat Christus secundum ho
mem vere dolores sensisse et timuisse
atra quoddam hoc negantes.

Sed quia nonnulli de sensu in pas
sione humanitatis Christi male sen
sisse inueniuntur asserentes si
militudinem atque imaginem passionis
et doloris Christi hominem pertulisse. sed
nullum omnino dolorem vel passionem
sensisse/autoritatibus testimonijs eos co
vincentes indubitate faciamus. quod
supra diximus. Propheta Iesaias dicit.

III

Vere languores nostros ipse tulit / & dolores nostros ipse portavit / & veritas ipsa in euangelio ait. Tristis est anima mea usq; ad mortem / ubi etiam legitur Cepit ihesus pauere & tedere prophetam eam ex persona Christi ait. Repleta est malis anima mea. Quod exponens augu^m inquit. Non vicijs & peccatis sed humana malis id est doloribus repleta fuit anima Christi quibus ipsa compatitur carni. Non enim dolor corporis potest esse sine anima. Dolere autem anima etiam non dolente corpore potest. Hos autem humanae infirmitatis affectus / sicut ipsam carnem ac mortem non conditionis necessitate / sed miserationis voluntate suscepit. Ambrolius etiam in libro .iii. de trinitate sic ait. Scriptum est. Pater si possibile est transeat a me calix iste. Timet ergo Christus / & dum petrus non timet Christus timet. Petrus dicit. Annimam meas ponam pro te. Christus dicit anima mea turbatur. utrumque verum est & rationis plenum. quod & ille qui est inferior non timet. & ille qui superior est / gerit timentis affectum. Idem in eodem ut homo turbatur. ut homo flet. ut homo crucifigatur per naturam hominis / & tediavit / & resurrexit. non turbatur eius virtus. non turbatur eius diuinitas / sed turbat anima. secundum humane fragilitatis assumptionem turbatur. Nam qui suscepit animam / suscepit etiam anime passionem. Non enim quod deus erat aut turbari aut mori posset. Idem in eodem. Suscepit tristiciam meam. confidenter tristiciam nomino qui crucem predico. ut homo habuit tristiciam quam in eo suscepit affectu. mihi compatitur. mihi tristis est. mihi dolet. ergo pro me & in me doluit / quod pro se nihil habuit quod doleret. Doles igitur domine ihesu. vulnera mea non tua. quia tu non per te sed pro me doles. Ieronimus quoque in explanacione fidei ait. Nos ita dicimus hominem passibilem a deo filio susceptum ut deitas impassibilis permaneret. Passus est enim filius dei

Tractatus de passione Christi
non putatne. sed vere omnia que scriptura testatur secundum illud quod pati poterat secundum substantiam assumptam. licet ergo persona filii suscepit passibilem hominem. ita tamen eius exhibitione. secundum substantiam suam non passa est ut tota trinitas quam impassibilem necesse est confiteri. His aliisque autoritatibus perspicuum fit Christum vere passibilem assumptum hominem atque in eo defectum & affectus nostre infirmitatis suscepisse sed voluntate in necessitatis editione

Dic p[ro]p[ter]e que predictis aduersari videntur.

Vedam tamen reperiuntur in sanctorum tractatibus que premissis aduersari videntur. Nam super illum locum psalmi. clamauit & non exaudies. tradere videt Christum nec vere timuisse. nec vere tristatum esse dicens sic. Quomodo hic dicit qui peccatum non fecit nec invenit est dolus in ore eius. sed de nobis corpore suo hoc dicit. Corpus enim sui id est ecclesie gerebat personam sicut & alibi cum dicit. transeat a me calix iste. per nobis loquitur forte putatur timuisse mori. sed non vere timebat dominus pati / tercia die resurrectus cum arderet paulus dissulsi & esse cum Christo. Non enim fortior est miles quam imperator. Miles enim coronandus gaudet mori. & dominus coronatus timet mortem. sed infirmitatem nostram representans pro suis infirmis qui timet mori hoc dicit. vox illorum erat Iero. etiam ait. erubescant qui putant salvatorem timuisse mortem & passionis paine dixisse transeat a me calix iste.

Determinatio autoritatum.

Nautem in sacris literis aliqua aduersa diversitas esse putetur harum autoritatum verba in hunc modum accipienda dicimus. ut non veritatem timoris & tristicie vel passionis

sed timoris & tristie necessitatē & pa-
sionem a Christo remouisse intelligantur.
Habuit enim Christus verum timorem & tristiam
in natura hominis. sed non sic nos
qui sumus membra eius. **N**os enim causa
peccati nostri his defectibus necessario
subiacemus & in nobis sunt isti defectus
secundum passionem & passionem. sed
in Christo non nisi secundum passionem. si
cūt enim in peccatis gradus quidam
notantur / propassio & passio. ita & in
his penalib[us] affectibus. **A**fficitur enim
quis interduz timore vel tristia ita ut
mentis intellectus non inde moueat a
rectitudine vel dei contemplatione. & tunc
passio est. aliquando vero mouetur &
turbatur & tunc passio est. **C**hristus vero
non fuit ita turbatus in anima timore vel
tristia ut a rectitudine vel dei contem-
platione aliquatenus declinaret. secun-
dum quem modum intelligitur / cum di-
citur non timuisse vel tristis fuisse. **V**nde
Jeronimus super mattheum. ubi legitur
cepit contristari & mestus esse. ut perita-
tem inquit probaret assumpti hominis ve-
re contristatus est. sed non passio eius do-
minatur animo. verum passio est. **V**nus
ait cepit contristari. aliud est enim contri-
stari. aliud incipere contristari. **Q**uod
est aliter contristatur quis per passio-
nem. aliter per passionem. **I**deoque secū-
dum hanc distinctionem aliquando dicitur
Christus non vere timuisse. aliquando vere ti-
muisse quia verum timore habuit & tri-
stiam. sed non secundum passionem.
neque ex necessitate conditionis. **V**nde
aug. ex his causis volens assumi dicto-
rum intelligentiam dicit Christum non ve-
re timuisse vel tristatum esse & in conti-
nenti veram tristia; habuisse. **H**is ver-
bis infirmos se presignans dominus ait
Pater si fieri potest transeat a me calix
iste. **N**on enim vere timebat dominus pa-
ti/tercia die resurrecturus. cum arderet
paulus dissolui & esse cu[m] Christo. **I**ste gau-
det coronandus. & tristis est dominus
coronatus. **E**cce hic videtur tristia

& timorem a Christo remouere. **C**ontinuo
autem subiungit. sed tristiam sic assup-
sit quomodo carnem. fuit enim tristis si-
cūt euangelium dicit. **S**i enim tristis non
fuit cum euangelium dicat. tristis est
anima mea recte. ergo & quando dicit dor-
miuit Ihesus non dormiuit. vel quando
dicit manducasse / non manducauit & ita
mobil sanum reminetur / vt dicatur etiā
quia corpus non erat verum. **Q**uidquid
ergo de illo scriptum est / verum est. & fa-
ctum est ergo & tristis fuit. sed voluntate
tristia suscepit verā / quomodo voluntate
carnem veram. **R**eperte noscias eundem
sibi in his verbis contradicere. nisi va-
rias dictorum discerneret causas. **E**x q[ua]-
bus intelligentia verborum assumenda
est. **S**i enim discernatur intelligentie causa
predictorum / mobil occurrit contradictionis

De quibusdam hyllarij capitulis valde
obscenis que videntur communis senten-
cie obuiare

Deucentum magis mouent ac
difficiliorum afferunt questionem
verba hyllarij; quibus vi-
detur tradere. ictus. & vulnera & humili-
d[icitur] sic in Christum incidisse / vt passionis do-
lorem non incurreret. sicut telum fractum
per aquam vel ignem vel aera ea facit q[uod]
& cu[m] trahitur per corpora animata. q[uod]
perforat & compungit. non tamen dolores
ingerit quia non sunt ille res. dolores
capaces. Ita & corpus Christi sine sensu
pene / vim pene exceptisse dicit. quia sic
corpus nostrum non habet talen natura-
zem. vt valeat calcare vndas / ita corpus
Christi. dicit non habuisse naturam nostri do-
loris. quia non habuit naturam ad dolere
dum. **A**ut enim sic in Christi de trinitate. Om-
nigentius deus hominem verum. secun-
dum similitudinem nostri hominis. non
deficiens a se deo sumpsit. In quo qua-
uis aut ictus incideret. aut vulnera desce-
deret aut nodi concurrerent. aut suspen-
sio eleuaret. afferrent quidem hec impetu

III

¹¹ hoc de auctoritate
H. s. s. et. ac. de
verbante.

passionis. non tamen dolorem passionis inferret. ut telum aliquod. aq̄ perforas vel ignem compungens. vel aera vulnere. omnes quidem has passiones nature sue infert. ut foret/ ut compungat/ ut vulneret. sed naturam suā i hoc passio illata non retinet. dum in natura non ē vel aq̄ forari. vel pungi ignem. vel aera vulnerari/quāuis nature teli sit/ t vulnere & compungere. & forare. Passus q̄dem xp̄c/dum ceditur. dum suspenditur dum moritur. sed in corpus irruens passio/nechon fuit passio. non tamen naturam passionis exerceit dum & penali mysterio pena deseuit et virtus corporis sine sensu pene. vim pene in se deseuerit exceptit. Habant sane illud dominicum corpus/doloris nostri naturaz. si corp⁹ nostrum id nature habet /vt calcet vntas & fluctus desuper eat nec clause dorsus obstaculis arceat. Et vero si dominici corporis solum ista natura sit ut feratur in humidis & fistat in liquidis. & structa trāscurrat /quid per naturam humani corporis/carnem ex spiritus sancto conceptam iudicamus. Caro illa de celis est & homo ille de deo est. habens ad patiendum corpus & passus ē. Sed naturam non habens ad dolendum. Idē in eodez. videamus an ille passionis ordo infirmitatem in domino doloris permittat intelligi/dilatis em̄ causis ex quibus metum domino heresis ascribit/res ipsas ut geste sunt conferamus. Nec em̄ fieri potest ut timor eius significetur in verbis cuius fiducia continuatur i factis Timuisse ergo heretice passionem videtur. Sed ob ignorantie huius errorē perturbis & satanas ei scandaliz̄ est. Non ne timunt. qui armatis obuius prodij. & in corpore eius infirmitas fuit. ad cuius oculum consternata consequentiam agmina supernatis corporibus conciderunt. Quam ergo infirmitatem dominatam huius corporis credis cuius tantam habuit natura virtutem. Sed forte dolorem vulnerum timunt. Quem rogo tu

dominice infirmitatis assertor penetrat carnem clavi habuit terrore. qui ex cisam aurem solo restituit attactu. Producens hec aurem manus clavum dolit. Et sentit vulnus/qui alteri dolorem vulneris non reliquit. Pungendi carnis metu tristis est/ cuius attactu caro post cedem sanatur. Item collatis ergo dictorum gestorumq; virtutibus/demonstrati non est ambiguum in natura corporis eius. infirmitatem corporee nature non fuisse. & passionem illam licet corpori illata sit/ non tamen naturam dolēdi corpori intulisse. quia licet forma corporis nostri esset in domino. non tamen vicise infirmitatis nostre forma erat in corpore/qd ex cōceptu spiritus sancti virgo p̄genuit. Audisti lector verba hyl. quibus dolorem excludere videtur. Sed si ^{Eccl. 13. 1. 2. si q̄d lma dōo fuit} excussa sensus & impietatis hebitudine/ ^{15. q̄d non doliū et dōis et q̄d} premissis diligenter intendas/ atq; ipsius scripturam circumstantiam inspicias dictorum rationem atq; virtutem p̄cipere ut cunq; poteris & intelligentia arguere nō attemptabis. Intelligitur em̄ ea ratione dixisse dolorem passionis/m̄ xp̄m non incidisse. & virtutem corporis xp̄i exceptisse vim pene sine sc̄su pene. qd doloris causam & meritum in se non habuit. qd videtur notasse ubi ait. Nō habens naturam ad dolendum. & ideo nō iudicanda est caro illius sc̄dm naturam nostri corporis. nec i eo etiā dominū habuit passio. Ita etiam non habuit naturam ad timendum vel tristandum /quia non habuit talet naturam in qua esset causa timoris vel tristie. Itaq; necessitas timendi non fuit in eo sicut est in nobis. Nec natura doloris fuit in eo sic est in nobis. Tristiam tamen in eo fuisse consequenter asserit. sed causam eius extitisse. non suam mortem. sed defectus petri & aliorum apostolorum. Dicit em̄ xp̄m non ppter morte/ sed usq; ad mortem tristem fuisse. his verbis interrogó quid sit xp̄m tristem esse usq; ad mortē & tristem esse ppter mortem. Non enim

¶ Hoc qd. S. tristis fuit tristis ad mortem. Non ergo sibi tristis est. sed illis qui in scandalo per infirmitatem carnis erant futuri quos monet orare ne inducantur in temptationes qui ante polliciti erant se non scandalizari.

eiusdem significacionis est tristem esse propter mortem / et usque ad mortem. Quia ubi propter mortem tristitia est illic mors causa tristie est. Obi vero tristitia usque ad mortem est mors non tristie causa est sed simus adeo aut non propter mortem suscepta est tristitia ut sit destituta per mortem. Non ergo sibi tristis est sed illis qui in scandalo per infirmitatem carnis erant futuri quos monet orare ne inducantur in temptationes qui ante polliciti erant se non scandalizari

Hyp. in libro de fine dis.

Cum hec passionum genera. misericordiam carnis afficiant. Deus tamen verbum caro factum non potuit a se demutabilis esse patiente. verbum enim quia caro factum est licet se passioni subdidit non tamen demutatum est passibilitate patienti. Nam patiente potuit et passibilis esse non potuit. quia passibilitas nature infirme significatio est. passio autem eorum est que sunt illata perpeccatio.

Tan in Christo fuerit necessitas patienti et moriendi que est defectus generalis.

Decima Sexta. Distinctio

Dicitur questio ex predictis dicens originem. Dictum est enim supra quod Christus in se nos defectus suscepit. preter peccatum. Est autem hominis quidam generalis defectus qui peccatum non est sed necessitas patienti vel moriendi. Vnde corpus nostrum non tantum mortale. sed etiam mortuum dicitur. quia non tantum aptitudinem moriendi. sed etiam necessitatē habet. Ideo queritur verum necessitas talis in Christi carne fuerit. De aptitudine enim moriendi quod in eo fuerit ambiguum non est. que etiam ante peccatum in homine fuit. quando aliquis in eo non fuit defectus. nec ergo mortalitas illa tunc in eo fuit defectus. quia natura ei erat. Vnde etiam quidam talem mortalitatem in nobis non esse do-

fectum non improbe tradunt. sed necessitatem moriendi vel patienti. que etiam mortalitas dicitur vel passibilitas. Dicitur enim homo nunc passibilis vel mortal. non modo propter aptitudinem. sed etiam propter necessitatem. Sed nunquam hic defectus fuit in Christi carne. anima quia eius cum passibilis extiterit ante mortem. nunquid necessitatem patienti habuit. Si enim necessitas patienti vel moriendi fuit in Christo. non videtur sola voluntate miseratōris defectus nostros acceptisse. Non quod dici potest. Christus voluntate non necessitate sue nature hos defectus sicut alios suscepisse sed necessitatem patienti in anima. simul autem patienti et moriendi in carne. Verum hanc necessitatem non habuit ex necessitate sue conditionis quia a peccato invenit. sed ex sola voluntate accepit de nostra infirmitate. ponens tabernaculum suum in sole scilicet sub temporali mutabilitate et labore. Vnde super epistolam ad hebreos autoritas dicit. quod sicut hominibus alijs iure et lege nature statutum est semel mori. ita et Christus eadem necessitate et iure nature semel oblatus est. et non sepe. Nec ideo dicit iure nature. quod ex natura sue conditionis hunc defectum traxerit. qui etiam non puenit nobis ex natura. secundum quod prius est instituta. sed ex ea peccato viciata. et ideo dicitur hic defectus naturalis. quia quasi pro natura moleuit in omnibus diffusus.

De statibus hominis. et quid de singulis Christus accepit.

Cest hic notandum. Christus de omnibus statibus hominis aliquid acceptisse qui omnes venit saluare. Sunt enim quatuor status hominis. primus ante peccatum. secundus post peccatum et ante gratiam. tertius sub gratia. quartus in gloria. De primo statu accepit immunitatem peccati. Vnde Augustinus illud iohannis evangeliste exponens qui de sursum venit super omnes est. Dicit Christus

o. Vix est huius officiali. qd. ut volutus lumen. qd. haec lumen
appletus formam dicitur quod lumen hoc sit in ea dicitur. qd.
volutus s. m. illud est quod in voluntate deinde. qd.
qd. huius forma dicitur id est ergo in pede non in te-
pere. p. n. aliis. v. n. f. t. s. n. u. h. p. n. s. g. b. u. n.

10 m

mod. sedis Viz. qd. magis ut. h. h. p. qd. qd. qd. qd. qd. qd.
p. t. p. ut. qd.
l. u. n. a. f. h.
t. o. f. i. n. s. t. f. i. n. s. t.

III

vemisse de sursum. id est de altitudine
humane nature an petm. qd illa altitu-
dine assumpit verbu; dei humanam na-
turam / dum non assumpit ipsam cul-
pam cuius assumpit penā. Sed penam
assumpit de statu secundo & alios de-
fectus. De tertio vero gratie plenitudi-
nem. De quarto non posse peccare. & di
perfectam contemplationē / habuit em
simil bona vie quedam & bona patrie.
sicut & quedam mala vie.

Si omnis xp̄i oratio vel voluntas exple-
ta sit. **Deima Septima Distinctio**

Post predicta considerari opos-
tet. utrum xp̄c aliquid voluerit
vel orauerit. qd factum non sit
Hoc em̄ estimari potest per hoc qd ipse
aut. Pater si possibile ē trāseat a me ca-
lix iste. Veruntū n̄ qd ego volo s; qd tu
vis. Hic namq; voluntatē suam a patris
voluntate discernere videtur.

De voluntatibus xp̄i secunduz duas na-
turaz

Quocirca ambigendum non est
diuersas i xp̄o fuisse voluntates
iuxta duas naturas diuina; scz
voluntatem & humana. Et humana vo-
luntas est affectus rationis vel affectus
sensualitatis. & alius est affectus animi
secundum rationem. alius secundū sen-
sualitatem. uterq; tamen dicitur hu-
mana voluntas. Affectu autē rationis id
volebat qd voluntate diuina. scz pati &
mori. sed affectu sensualitatis non vole-
bat immo refusgebat nec tamen in eo
caro & spiritum vel deus concupisce-
bat. Quia vt ait aug. nonnullum est pi-
cium cum caro concupiscit aduersus
spiritum. Caro autem dicta est con-
cupiscere. quia hoc secundum ipsam agit
anima sicut anima per aurem audit & p-
oculaz videt. Caro em̄ nihil nisi per an-
mam concupiscit. Sed occupiscere dicit
cum anima carnali concupiscentia spiri-
tui reluctatur habens carnalem delecta-
tionez de carne & a carne aduersus de-

lectationez quā spiritus habet. Ipsius
autem carnalis concupiscentie causa nō
ē in anima sola nec i carne sola. Ex utro
qd em̄ fit quia sine utroq; delectatio ta-
lis non sentitur. Talis ergo rixa talisq;
concertatio in anima xp̄i nullatenus esse
potuit/quia carnalis cōcupiscentia ibi
esse nequinit. Dei etiam voluntas erat
& rationi placebat ut illud secundū car-
nem vellet/quatimus veritas humanita-
tis in eo probaretur. Nam qui hominis
naturam suscepit/que ipsius sunt subire
debuit. Ideoq; sicut in nobis duplex ē
affectus mentis scz & sensualitatis/ita &
in eo debuit esse geminus affectus/ut
mentis affectu vellet mori/ & sensualita-
tis affectu nollet. sicut in viris sanctis
fit. Petro em̄ ipsa veritas dicit. Cum se
nueris. extendes manus tuas/ & alius p-
cīget te / & ducet te quo tu hon̄ vis scz
ad mortem. Qd exponens aug. dicit qd
pecrus ad illam molestiā nolens est du-
ctus. nolēs ad eam venit. sed volens ea;
vicit / & reliquit affectuz infirmitatis qd
nemo vult mori/ qui adeo est naturalis
ut eu petro nec senectus abstulerit. Un-
de etiam dominus ait. transeat a me ca-
lix iste/sed vicit eum vis amoris. ergo &
in xp̄o secundum humanitatem & in me-
bris eius geminus est affectus. unus ra-
tionis caritate informatus/quo propter
deuz quis mori vult. Alter sensualitatis
carmis infirmitati pīquis. & ideo con-
iunctus quo mors refugitur. Ut em̄ au-
gustinus ait. Pius mētis ratione cupit
dissolui & esse cum xp̄o. sensu autem car-
nis refugit & recusat. hoc habet huma-
nus affectus. quoniam diligit vitam/ odit
mortem. Secundū istum affectum xp̄c
mori noluit nec obtinuit qd secundum
istum affectum petijt.

**Autoritatibus probat diuersas in xp̄o
voluntates.**

Affectu ergo humano quez de
virgine traxit nolebat nō mori
& calicem transire orabat. Und

sl. qd. se fīm. re. manu. h. g. w.
om̄te qd. aco. v. d. d. c. n. a. l. i.
qd. h. c. l. u. d. p. i. u. h. p. i. c. n. i.
p. o. n. i. t. d. e. c. l. u. t. a. n. h. c. a. n. i.
q. n. a. r. v. d. d. p. d.

sl. qd. a. g. r. o. x. r. l. u. l. m. p. a. c. s. c. n. d.

sl. qd. a. r. e. y. d. d. m. l. n. g. o. p. l. u. a.

sl. qd. a. c. o. q. n. q. n. d. n. d. l. p. l. p. l.

sl. qd. h. u. n. g. r. v. v. v. v. v. v. v. v. v. v.

sl. qd. h. u. n. g. r. v. v. v. v. v. v. v. v. v.

sl. qd. h. u. n. g. r. v. v. v. v. v. v. v. v.

sl. qd. h. u. n. g. r. v. v. v. v. v. v. v.

sl. qd. h. u. n. g. r. v. v. v. v. v. v. v.

sl. qd. h. u. n. g. r. v. v. v. v. v. v. v.

sl. qd. h. u. n. g. r. v. v. v. v. v. v. v.

sl. qd. h. u. n. g. r. v. v. v. v. v. v. v.

sl. qd. h. u. n. g. r. v. v. v. v. v. v. v.

sl. qd. h. u. n. g. r. v. v. v. v. v. v. v.

sl. qd. h. u. n. g. r. v. v. v. v. v. v. v.

sl. qd. h. u. n. g. r. v. v. v. v. v. v. v.

sl. qd. h. u. n. g. r. v. v. v. v. v. v. v.

sl. qd. h. u. n. g. r. v. v. v. v. v. v. v.

sl. qd. h. u. n. g. r. v. v. v. v. v. v. v.

sl. qd. h. u. n. g. r. v. v. v. v. v. v. v.

*o- Compendiale uisus in h[ab]it[u]m d[omi]ni p[re]f[er]ent
f[est]i s[an]cti q[ua]d coponet ap[osto]l[u]m relatio
aut te p[ro]mit p[re]ceptu[m]*

742: p[ro]positio n[on] p[ro]p[ter] i[n]sp[ec]to

*ibeda orat transire calicem. quia homo
erat dices. pater transeat a me calix iste
Ecce habes voluntatem humanam ex
pressam. Vide iam rectum cor. sed non
q[uo]d ego volo sed q[uo]d tu vis. unde non ve
ni facere voluntatem meam quā scz tem
poraliter sumpsi ex virgine s[ed] voluntatē
eius qui me misit quā scz eternus habim
cuz patre. **H**ic aperte dicit duas in xpō
fuisse voluntates secundum quas diuer
sa voluit. **J**eromimus quoq[ue] super illum
locum. **S**piritus pmptus est. caro autē
infirma/dans intelligi hic duas volun
tates exprimi/ait ita. hoc cōtra euticias
nos qui dicunt in xpō vnam tantum vo
luntatem. hic autem ostendit humana; que
pter infirmitatem carnis recusat
passionem/et diuinam que pmpta ē per
sicere dispensationem. **A**ug. etiam duas
in xpō asserit voluntates dicens. Quan
tum distat deus ab homine / tanta; vo
luntas dei a voluntate hominis. **V**nde
hominem xp̄c gerens ostendit priuatas
voluntates quandam hominis in qua et
suam et nostram cōfigurauit qui caput
nostrum est. et ad eum sicut membra pti
nemus. **P**ater inquit si fieri potest tran
seat a me calix iste. hec humana volun
tas erat proprium aliquid et tanq[ue] priua
tum volens. **S**ed quia rectum vult esse
hominem. et ad dominum dirigi subdit
Non q[uo]d ego volo sed q[uo]d tu vis. **N**c si di
ceret. vide te in me. quia potes aliquid
xp̄num velle. ut deus aliud velit. **C**once
ditur hoc humane fragilitati. **I**dem ali
bi. **C**ristus in passione duas expressit vo
luntates in se secūdum naturas. **N**it em
Pater si fieri potest transeat a me calix
iste. **E**cce habes hominis voluntatem.
quā ad diuinam continuo dirigens ait.
Veruntamen non sicut ego volo. sed si
cuit tu **A**mbro. etiam in libro iii. de trinitate
Scriptum est. **P**ater si possibile ē
transfer a me calicem hunc. **V**erba xp̄i
sunt. sed quomodo et in qua forma dicā
tur aduerte. hominis substantiam gerit
hominis assumpsit affectum. **N**on ergo*

*quasi deus / sed quasi homo loquitur.
Suscepit quidem voluntatem meam.
Oea est voluntas / quam suam dixit cū
ait. **N**on sicut ego uolo sed sicut tu vis
Cum autem dixit omnia que habet pa
ter mea sūt / quia nihil excipitur / sine du
bio quā pater habet eandē et filius ha
bet voluntatem. **E**adem est xp̄i volūtas
que paterna. una ergo voluntas est pa
tris et filij. **S**ed alia voluntas hominis
alia dei. vt scias vītā in volūtate esse ho
mīs. **P**assionem autem xp̄i in volunta
te diuina. vt pateretur pro nobis. **D**is
testimonijs evidenter docet in xp̄o du
as fuisse voluntates. q[uo]d quia negauit
macharius archiepiscopus in metropo
litana sinodo condemnatus est. et ex af
fectu humano sensualitatis quidem non
rationis illud voluit et petijt q[uo]d non im
petravit. nec ideo petijt ut impetraret.
quia sciebat deum non esse facturum il
lud. **N**ec illud fieri volebat affectu ratō
nis uel uoluntate diuinitatis. **N**d' quid
ergo petijt. **O**t membris formam prebe
ret / immmente turbatōne clamandi ad
dominum / et subiecti uoluntatem suā
diuine volūtati. ut si pulsante molestia
tristē p[er] eiusdē ammotio[n]e orent. **L**et
si nequeunt uitare dicant q[uo]d ipse xp̄us.
Non ergo ad insipientiam fuit q[uo]d xp̄us
clamans non auditur ad salutem corpo
ralem. Bonum quidem petijt. scz vt non
moreretur / sed melius erat vt moreret.
quod et factum est.*

***D**e eo q[uo]d ambro. dicit xp̄m dubitasse
affectu humano. **E**terum non parum nos mouet
verba ambrosij quibus signifi
care videtur. xp̄m secundum hu
manum affectum / de patris potētia du
bitasse. sic dicens in libro 3^o de trinitate
De quo dubitat de se ante patrem. **D**e
eo utiq[ue] cui dicit trāsfer / dubitat homi
nis affectu. **N**am deus de patre non du
bitat. nec de morte formidat. propheta
etiam non dubitat qui nihil deo esse*

Dico 18m

is ora quod voluit fieri n. 11.
ut pugnae aduersariam m. 11.
pro deo.
Impossibile afferit. **N**um infra homines
 constitues deum. prophetia non dubitat.
 & filius dubitare tu credis. **V**t ergo ho-
 mo dubitat/ ut homo locutus est. **H**is
 verbis immix videtur/q[uod] xpc n[on] inquantu[m]
 deus e[st] vel dei filius. sed inquantu[m] homo
 dubitauerit affectu humano. **Q**uod ea
 ratione dictum accipi potest. non quia
 ipse dubitauerit/sed quia modus gessit
 dubitantis. & homibus dubitare videbat

Verba h[ab]la longe diuersa experientia
 sententiam a premissa.

Tllud etiam ignorandum non e[st] q[uod]
 h[ab]la afferere videtur xpm non
 sibi sed suis orasse cu[m] dixit tr[ans]f-
 fer a me calicem hunc. sicut nec sibi sed
 suis timuit. **N**ec eum timuisse vt sibi no[n]
 esset passio/sed vt a suis transiret calix
 passionis ita inquiens. **S**i passio hono-
 rificatura eum erat/sicut iuda exente
 ait. nunc honorificatus est filius homi-
 nis quomodo tristem eu[er]s metus passio-
 nis effecerat. **N**isi forte tam irrationa-
 bilis fuerit vt pati timuerit. que patien-
 tem se glorificatura esset. **S**ed forte ti-
 musse usq[ue] eo estimabatur. vt tr[ans]ferri
 a se calicem deprecatus sit dicens. pa-
 ter transfer calicem hunc a me. quomo-
 do em per patiendi metu transferri de-
 precaretur a se. q[uod] p[ro] dispensationis stu-
 dum festinaret implere. **N**on em conue-
 nit. vt pati nolit qui pati venit & cu[m] pa-
 ti eum velle cognosceres religiosi? fue-
 rat hoc confiteri / q[uod] ad id impie stultis-
 cie prumpere. vt eum assereres ne puta-
 retur orasse. quem pati velle cognosce-
 res. **N**on ergo sibi tristis. neq[ue] sibi orat
 transire calicez. sed discipulis ne in eos
 calix passionis incumbat. quem a se tr[ans]-
 ire orat. ne in his sc[ri]pt maneat! **N**on enim
 rogat ne secum sit. sed vt a se transeat.
 Deinde ait non sicut ego volo sed sicut
 tu vis. humane in se solitudinis signifi-
 cans consortium. sed non discernens sen-
 tientiam sibi communis cum patre volu-

tatis. **P**ro hominibus ergo vult transi-
 re calicem. per quem omnes discipuli e-
 rant temptandi. **T**ideo pro petro roga-
 tur ne deficiat fides eius. **S**cens ergo
 hec omnia post mortem suam desitura
 usq[ue] ad mortem tristis e[st]. & scit hunc ca-
 licem n[on] posse transire nisi biberet. **I**do-
 ait. pater mi si non potest transire calix
 iste nisi bi.i.fi.vi.tua. **S**cens in se con-
 summata passione/mecum calicis tran-
 siturum. qui nisi eum bibisset. transire n[on]
 posse. nec finis terroris / nisi consumma-
 ta passione/terrori succederet quia post
 mortem eius/ per virtutum gloria apostolice
 infirmitatis scandalum pellere.

Intende lector his verbis pia diligenc-
 ia/ne sint tibi vasa mortis.

Si xpc meruit sibi & nobis. & quid sibi
 & quid nobis.

Dispositio Dernia octava Terci

Ter merito etiam xpi pretermis-
 tendum non est/de quo quida dicere solent/q[uod] no[n] sibi/ sed me-
 bris tantum meruerit. Meruit quidem
 membris redemptionem a dyabolo. a
 peccato. a pena/ & regni reservationem/
 vt amota ignea rumphaea /libere pater-
 introitus. sed & sibi meruit/impassibili-
 tatis & immortalitatis gloria sicut ait
 apostolus. **C**ristus factus e[st] pro nobis
 obediens usq[ue] ad mortem/mortem aut
 crucis. ppter q[uod] & deus exaltavit illum
 & dedit illi nom[en] q[uod] est super omne no-
 men. **O**perte dicit apostolus xpm ppter
 rea exaltatum per impassibilitatis glo-
 riā/quia est humiliatus per passionis
 obedientiam. humiliatus ergo passionis
 meritum fuit exaltationis. **E**t exaltatio
 premium humiliatis. **V**nde aug. expo-
 nens premissum capitulum ait. vt xpc re-
 surrectione clarificaretur/prius humili-
 atus e[st] passione/humilitas claritatis e[st] me-
 ritum. claritas humiliatis e[st] premium.
Sed hoc totum factum e[st] in forma serui
In forma em dei/semper fuit & erit clari-
 tias. **I**tem ambro idē caplū tractas

— **S**icut ergo iste alius per tempus regni suum et in regno
altius ventis ageretur hunc admodum alium non est alium quod
per modum similitudinis alterius quod non est modo similitudinis alterius sed
est per fallit autem quod ad similitudinem

ait. **Q**uid & quantus humilitas mereat
hic ostenditur. his testimonijs evidens
fit / q̄ ī p̄c per humilitatem & obedienti-
am passionis meruit clarificationes cor-
poris. nec id solum / sed etiam impassibi-
litatem anime. **A**nima em̄ ipsius aī mor-
tem erat passibilis sicut caro mortalis
sed post mortem merito humilitatis / &
anima impassibilis facta est. & caro im-
mortalis. **V**erum autem anima sit facta
impassibilis quando caro facta est im-
mortalis. sc̄ ipso resurrectionis momen-
to. de autoritate nobis certum non est.
Sed vel mox post carnis separationem.
anima impassibilitate donata est. aut in re-
surrectione qñ caro refloruit.

Thā acceptū meruit sibi xp̄c h̄ qđ per
passionem.

creditur. Id quo creditur. dicitur fide-

des sicut ibi hec est fides catholica quā
misli quisq[ue] fideliter firmiterq[ue] credide-
rit saluus esse non poterit. **F**ides autem
qua dicitur si cuius caritate sit virtus est.
quia caritas ut ait Ambrosius mater est omni-
um virtutum / que omnes informat. Si-
ne qua nulla vera virtus est. fides ergo
operans per dilectionem virtus est / qua
non visa creduntur / hoc est fundamentus
quod mutari non potest ut ait apostolus
Ihesus id est Christi fides scilicet que per di-
lectionem operatur. per quam Christus habi-
tat in cordibus. que neminem perire sis-
met. **A**lia vero non est fundamentum. fides
est enim sine dilectione inams est. **F**ides cu[m]
dilectione Christi est. **A**lia demona est.
Nam et demones credunt et contremi-
cant. Sed multum interest. utrum quis
credat Christum vel in Christo vel in Christum. nam non
sum esse Christum demones crediderunt / nec
tamen in Christum crediderunt.

Capitulum 23
Quid sit credere deo. vel deum. vel in deum

Aliud est enim credere in deum. aliud
credere deo / aliud credere deum. Credere deo est credere
vera esse que loquimur. quod et malis faciunt.
et nos credimus homini. sed non in
hominem. Credere deum est credere q[ui]
ipse sit deus / quod etiam malis faciunt.
Credere in deum est credendo amare / cre-
dendo in eum ire / credendo ei adberere
et eius membris incorporari. per hanc fis-
tatem iustificatur impius. ut deinde ipsa
fides incipiat per dilectionem operari.
Ea enim sola bona opera dicenda sunt. q[ui] sunt
per dilectionem dei. Ipsa enim dilectio op-
era fidei deus. Fides ergo quā demones
et falsi Christiani habent / qualitas mentis est
sed informis / quia sine caritate est. Nam
et malos fidem habere cum tamen caris-
tate careant / apostolus ostendit dicenda
Si habuero omnem fidem / caritatem; an
tem non habuero et. **Q**ue fides etiam domini

Inpositum non est actus existit hoc ut et in eo se habeat sed et in
et ipsa fides et de opera fidei formata est et peractio fidei est operatio
q[ui] p[ro]p[ter]e credere h[ab]et ipsa fidei et diligere ob[lig]eatur ad eum.

dei dici potest/quia et in malis quedam
dei dona sunt

Item dicitur ad 1 Corin. 13:13 quod in malo et in bono est fides.

**An illa informis qualitas mentis/que in
malo christiano est/fiat virtus cum sit bonus.**

C. m. xiiii

Si vero queritur utrum illa informis qualitas/qua malus christianus universa credit que bonus christianus/accedente caritate remaneat et fiat virtus/et ipsa eliminetur et alia qualitas succedat/que virtus sit/utrum libet sine periculo dici potest. Oibi tamen videtur/qua illa qualitas que prius erat/remaneat/et accessu caritatis virtus fiat.

Ex quo sensu dicatur una fides.

C. m. xiiii

Quoniam diversis modis dicatur fides/fatendum est tamen una esse fidem/ut ait apostolus unum dominum/una fides. Siue enim fides accipitur pro eo quod creditur. siue pro eo quo creditur/recte dicitur fides una. si pro eo quod creditur accipiatur. Ex hac intelligentia dicitur una fides/qua idem iubemur credere. et unum idemque est quod creditur a cunctis fidelibus. Vnde fides catholica dicitur id est universalis. Si vero accipiatur fides pro eo quo creditur ea ratione una dicitur esse fides/non quod sit una numero in omnibus/sed genere id est similitudine. **Vnde aug. in libro.**
xxij. de trinitate fides quam qui habent fidèles vocantur/et qui non habent infideles/cōmūnē est omnibus fidelibus/sicut pluribus hominibus facies omnis est dicitur. cum tamen singuli suas habeant. Non enim fides in numero est una. sed genere. Que cum sit in uno est et in alijs. non ipsa/sed similia et propter similitudinem/magis unam dicimus esse quam multas. sicut idem voluntum dicitur una voluntas. cuius tamen cuius sit sua voluntas. et duorum similiorum dicitur facies una

C. m. xiiii

Quid sit fides de his que non videntur.

aprie · que tū videtur ab eo in quo ē.

Dotandum quoque est/qua fides prie de non apparentibus tantum ē. **Vnde gregorius.** Apparentia non habent fidem sed agitiones

Idēcum paulus dicat fides est substantia rerum sperandarum argumento non apparētū. hoc veraciter dicitur credi/ quod non valet videri. Nam credi iam non potest/ quod videri potest **Thomas** *ad secundum sententias 26. ad secundum sententias 26.*

aliud videt/et aliud credit. hominem videt/et deum confessus est dicens. deus meus et dominus meus. De hoc etiam

Augustinus ait. fidem ipsam videt quis quod in corde suo esse si credit. vel non est se si non credit. non sicut corpora que videmus oculis corporis. et per ipsorum imagines quas memorie tenemus/etiam absentia cogitamus/nec sicut ea que non videmus/et ex his que videmus cogitamus ut cunctus formamus et memorie cozmendamus/nec sicut hominem. cuius animam et si non videmus ex nostra contemplatione ex motibus corporis hominem sicut vidento didicimus/intuemur etiam cogitando. Non sic videtur fides in corde in quo ē/ab eo cuius ē/sed eam tenet certissima scientia. Cum ergo ideo credere iubemur quia id quod credere iubemur videri non possumus. ipsam tam fidem quando ē in nobis/videmus in nobis/quia et rerum absentium/presens ē fides. et rerum quae foris sunt intus ē fides/et rerum que non videntur/videtur fides.

Et ipsa temporaliter fit in cordibus hominum. et si ex fidelibus infideles sunt perit ab eis. Hic verbis evidenter traditur fidem ipsam in corde hominis ab ipso homine videri/non corporaliter. non imaginari. sed intellectualiter/et ipsam tamen absentium et eorum que non videntur esse. Ut enim aug. alibi ait. credimus ut cognoscamus. non cognoscimus. ut credamus. Quid enim est fides nisi credere quod non vides. fides ergo est quod non vides credere. veritas quod credidi est

supradicti vni ex finibus in fine

ad secundum sententias 26.

fidei confitentia de

cooperatione et cognoscitur

et credimus quod credimus

sunt/

BLB

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

*v. aposto. p. q. quidam res con-
apparetur et cum quod ab
v. sup. l. 9. p. 3. 9. v. 10.*

videre. **V**nde recte fides dicitur argumentum vel communio rerum non apparentum. **C**uia si fides est ex eo conuincitur et probatur aliqua esse non apparentia. cum fides non sit nisi de non apparentibus.

Descriptio fidei.

FIt em apostolus. fides est substantia rerum sperandarum argumentum vel coniunctio non apparentium. **C**uia per fidem subsistunt in nobis etiam modo speranda. et subsistent in futuro per experientiam. et ipsa est probatio et coniunctio non-apparentium. **C**uia si quis de eis dubitet per fidem probatur. ut adhuc probatur futura resurrection. quia ita crediderunt patriarche et alii sancti. **V**el probatio est et certitudo quod sunt aliqua non apparentia. ut supra dictum est. proprie autem fides dicitur substantia rerum sperandarum. quia speratus substat. et quia fundamentum est bonorum quod nemo mutare potest.

Si illa descriptio spei conueniat. *Ca. 10*

Ivero queritur an hec descrip-
cio spei conueniat. sane concedi
potest utrumlibet. **S**i autem di-
catur conuenire. sunt et alia plura quibus
differunt fides et spes. sed non improbe-
dici potest. soli fidei conuenire. non spei
quia fides sola fundamentum dicitur. non
quia fides virtus possit esse sine spe et ca-
ritate. **V**nde aug. fides operans per di-
lectionem. utque sine spe esse non potest.
Nec amor sine spe. nec sine amore spes/
nec utrumque sine fide. et fides sine amore
nihil praedest. Potest tamen credi aliquod
quod non speratur. nihil autem potest
sperari quod non creditur. Ideoque cre-
dere quod est actus fidei. naturaliter pre-
cedit sperare quod est actus spei. quia mis-
si aliquid creditur. non potest sperari.
Creditur autem quod non speratur. In

*v. f. 10. l. 13. v. 9. f. 10. a. 10. v. 10.
v. 10. f. 10. f. 10. v. 10. f. 10.*

de est quod in scriptura plerique repente-
que fides precedit spem et spes sequitur
fidem. non que virtus fidei precedat
virtutem spei tempore. vel causa. sed que
actus fidei naturaliter precedit actum
spei. quod etiam quidam concedunt de
ipsa virtute fidei ut naturaliter prece-
dat spem non tempore. **V**nde et recte ea
sola dicitur fundamentum omnium vir-
tutum et bonorum operum. Non autem fu-
damentum est caritatis. quia non ipsa ca-
ritatis. sed caritas ipsius virtutis fidei
causa est. **C**aritas enim causa est et mater
omnium virtutum. **C**ue si desit. frustra
habentur cetera. **S**i autem adhuc haben-
tur omnia. **C**aritas enim spiritus sanctus est
ut in superioribus preparatum est. **I**psa
est ergo causa omnium virtutum. non ip-
sius aliqua virtutum causa est. quia om-
nia munera excellit. **V**nde aug. **R**espice
ad munera ecclesie. et munera excellen-
tius caritatis munus cognosces. que ut
oleum non potest premi in vno sed super-
exilit. **N**on ergo eius causa vel fundamen-
tum fides est. **G**reg. tamen super ezechie-
lem dicit. quia miseri prius fides teneatur
nullatenus ad spiritualem amorem atti-
gitur. **N**on enim caritas fidem. sed fides
caritatem precedit. quia nemo potest amare/
quod non crediderit. sicut nec spe-
rare. **S**ed hoc accipi potest esse dictum
de fide/que virtus non est. **I**psa enim spe/
et caritatem frequenter precedit. vel de
actu fidei qui forte naturaliter actus ca-
ritatis precedit. sicut actus spei. **C**uod
verba premissa diligenter notata innuit
et ea etiam que addit dicens. **N**isi ea in-
quit que audis credidiris / ad amandum ea
que audis non inflamaris. **C**ue tantum
de non visis est / ut ante diximus. **V**nde
christo. **F**ides in anima nostra facit subsistere
ea que non videntur. **D**e quibus proprio
fides est. **D**e visis enim non est fides sed
agmitio.

10. f. 10. v. 10.
Truomodo intelligitur quod scriptum est
cum factum fuerit credatis.

o Vnde quod pueris confessione sunt ad latere fiducie creduli sunt sibi
recti huiusmodi creduli sunt ex iis enim fidei iustitiae iuris iustitiae
captiuosque ipsi iustitiae laudanda sunt iustitiae iustitiae
et quod si creduli sunt amici et voluntate non obstatemus aqua
naturae non enim cogit credere quod non videt
¶ Tunc dicit fidei quod credere in fiducie creduli nihil est fidei
et credere confessionem aperte credere quod amici credunt quoniam iustitiae iustitiae
et credere fiducie et de mezzos fiducie

10

Itc queritur si fides tantum de non visis est. quomodo veritas apostolis ait. Nunc dico vobis priusq̄ fiat vt cū factuz fuerit credatis. vbi inui videt. q̄ fides illis fuerit de factis & visis. Super quo aug. mouet questionem et absoluit ita inquiens. Quid sibi vult. vt cum factum fuerit credatis Hec est laus fidei. si quod credit. nō videtur. Nam & thomas cui dictū est. q̄ vidisti me credidisti. n̄ hoc credidit. qd̄ vidit. Cernebat enim & tangebat carnē viuentez quam viderat morientez & credebat deum i carne ipa latentez. Credebat ergo mente qd̄ non videbat. p b̄ qd̄ sensib⁹ corporis apparebat. Si vero dicunt credi. que vident sicut dicit unus quisq; oculis suis credidisse non ipa est que in nobis edificat fides. sed ex reb⁹ que vident agitur in nobis. ut ea credantur. que nō videntur. Ex his apte inteligitur. q̄ apprie fides non apparentius est Nec illa est fides. qua i xp̄o edificamur qua dicim⁹ visitata locutiōe nos ea credere que videntur. Alii tam dicit aug. fidem esse de rebus presentibus. qd̄ erit in futuro. cum p spēm deum presentem ostē plabimur. que tamē non apprie dicitur fides sed veritas. Est inquit fides q̄ creditur ea que n̄ videtur. Sed tamē est etiā fides rer. quando nō verbis sed rebus ipsis presentibus creditur. Quod erit cum p spēm manifestā se attemplandam sanctis prebebit dei sapientia. Sed non apprie hec dicitur fides immo fidei merces ad quam credendo puenetur vt ex fide verborum transeat iustus in fidem rerum.

Si petrus habuit fidem passionis quando vidit hominem illum pati. *Cuius est hoc?*

Si vero queritur utrum petrus fidem passionis habuerit . cum hominem Christum oculis pati cerneret . dicimus eum fidem passionis habuisse / non in eo quod credebat hominem pa-

ti/quia hoc videbat. sed in eo q̄ credebat deus esse qui patiebatur/non enim virtus fidei erat q̄ credebatur homo pati et mori/qd iudeus cernens credebat. sed q̄ credebatur deus esse qui patiebatur Vnde aug. super illum psalmi locū. Respondit ei in via virtutis sue/laus fidei ē non quia credit illum mortuum / qd et paganus credit .sed quia credit eum glorificatum/et verum deum. Credit ergo fides deum mortuum/et hominem glorificatum. Non ergo fuit petro fides credere hominem illum mori/qd oculis cernerat. Sed credere deum esse/qui moriebatur.nec nobis etiam fides in hoc mereatur / qd credimus hominem illum mortuum qd et iudeus credit /sed quia credimus hominem deum mortuum

~~¶ Si aliqua sciuntur que creduntur (a 5.)~~

Post hoc queri solet/cū fides sit
de non apparentibus/et non vi-
sis.vtrum etiā sit de incognitis
tantū.Si em̄ de incognitis tantum est.
De his videtur esse tantū/que ignorantē
Sed sciendū ē/q̄ cum visio alia ē interi
or/alia exterior/non ē fides de subiectis
exteriori visioni.Est tamen de his q̄ vis
su interiori ut cunq; capiuntur. et quedā
vtiq; sic capiuntur/ut intelligantur/et si
non vt in futuro.quedā autem non quia
cum fides sit ex auditu non modo exte
riori sed interiori non potest esse de eo
qd omnino ignoratur.que ipsa ad sensu
corporis non pertinet . vt ait aug. di
cens. Quamuis ex auditu fides in nobis
sit/non tamen ad eum sensum corporis
pertinet/que dicitur auditus. quia non
ē sonus /nec ad ullum sensum corporis.
quoniam cordis ē res ista non corporis.
Quedā ergo fide creduntur que intelli
guntur naturali ratione. Quedam vero
que non intelliguntur . Vnde propheta
misi credideris non intelliges. O d̄ aug.
aperte distinguit.alia sunt inquit que m̄
si intelligamus non credimus. alia que

in pugnat fides huius ad aquilam
nostram est fides per credendum.

— hoc est in libro de trinitate. Cer-
ta fides utrumque inchoat cognitionem.
cognitionis vero certa / non perficitur nisi
post hanc vitam Ambro. quoque ait. ubi
fides non statim cognitionis. ubi cognitionis
fides procedit. Et his apparet aliqua cre-
di que non intelliguntur vel sciuntur nisi
prius credantur. Quedam vero intelligi
aliquando. etiam antequam credantur.
Nec tamen sic intelliguntur modo / ut i
futuro scientur. et nunc etiam per fidem
qua mundantur corda / amplius intelli-
guntur. quia nisi per fidem diligatur de-
us / non mundatur cor ad sciendum eum
Vnde aug. Quid est deum scire nisi eum
mente conspicere. firmeque percipere. Sed
et priusquam valeamus perspicere. et percipi-
pere deum / sicut percipitur a mundis cor-
dibus nisi per fidem diligatur / non pos-
terit cor mundari. quo ad eum videns
dum sit aptum. Ecce hic aperte habes
quia non potest sciri deus / nisi prius dili-
gendo creditur. Supra autem dictum
est. quia nemo potest credere in deum
nisi aliquid intelligatur. **Vnde** colligitur /
non posse sciri et intelligi credenda que-
dam / nisi prius credantur. et quedam non
credi / nisi prius intelligantur. et ipsa per
fidem amplius intelligi. nec ea que prius
creduntur quam intelligantur penitus igno-
rantur cum fides sit ex auditu. Ignorā-
tur tamen ex parte / quia non sciuntur.
Creditur ergo quod ignoratur / sed non pe-
nitens sicut etiam amatur. quod ignorat
Vnde aug. Sciri aliquid / et non diligi-
potest. diligi vero quod nescit / quero
utrum possit. Si non potest. nemo dili-
git deum antequam sciat. Obi autem sunt
illa tria fides. spes. caritas. nisi in animo
credente. quod nondum scit / et sperante
et amante quod creditur. Amatur ergo et
quod ignoratur / sed tamen creditur

De fide antiquorum. Quæsius

Dredictis adiciendum est de suffi-
cientia fidei ad salutem. Illis
enim qui precesserunt aduentum
christi et qui sequuntur videtur perficisse fides
secundum temporis processum. sicut pro-
fecit cognitionis. Fides quippe magna di-
citur cognitione et articulorum quanti-
tate vel constantia et deuotione. Est au-
tem quedam fidei mensura / sine qua nun-
quam potuit esse salus. **Vnde** apostolus. Opor-
tet accedente credere / quia deus est et
quod remunerat est sperantium in se. Sed
queritur utrum hoc credere ante aduen-
tum et ante legem. ad salutem sufficerit.
Nam tempore gratiae constat certissime
hoc non sufficere. Oportet enim universaliter
credi que in symbolis continentur. Sed
nec ante aduentum / nec ante legem videtur
hoc sufficisse / quia sine fide mediatoris
nullum hominem vel ante vel post
fuisse saluum sanctorum autoritates con-
testantur. **Vnde** aug. adoptatum. Illa
fides sana est quia credimus nullum ho-
mem siue maioris siue parue etatis lib-
erari a contagio mortis et obligatione
peccati / quod prima nativitate contrahit.
nisi per unum mediatorem dei et homi-
num Ihesum christum. Cuius hominis eiusdem
quam dei saluberrima fide / etiam illi iusti salvi
facti sunt qui priusquam veniret in carnem / cre-
diderunt in carnem venturum. Eadem
enim fides est et illorum et nostra. Promis-
de cum omnes iusti siue ante incarnationem
siue post nec vixerunt nec vixerint.
nec vivant nisi ex fide incarnationis christi.
Profecto quod scriptum est non esse aliud
nomen sub celo in quo oporteat saluari
nos ex illo tempore / valet ad salvandum
genus humanum / ex quo in adam vicia-
tum est. Idem / nemo liberatur a damnatione
que per adam facta est nisi per fides
Ihesu christi. Ideo eadem fides mediatoris
que nos saluat / saluos iustos faciebat
antiquos. Pusilli cum magnis / quia si-
cut credimus christum in carne venisse / ita il-
li venturum. et sicut nos mortui / ita illi
moriturum. et sicut nos resurrexisse / ita

Hoc nō est illū cū salvati, & reuelatio sī sita sī. Sī medietate
dicitur dīc pīt qī dīcīt & sīcīt abārō sītātīt reuelatio
qī dīcīt dīcīt & sīcīt sītātīt. Sī cū sītātīt dīcīt dīcīt
pīt dīcīt & dīcīt sītātīt & qī dīcīt dīcīt & dīcīt dīcīt
dīcīt dīcīt ad dīcīt dīcīt hīcīt cīt cīt qī dīcīt sītātīt
pīt sītātīt pīt sītātīt pīt sītātīt pīt sītātīt

III

illi resurrecturū / & nos & illi ad iudiciū
vivorū & mortuorū venturū. Greg.
super ezechielē. & qī preibant & qui seque
bāt clamabāt dicētes osāna filio dāvid
&c. quia omnes electi qui i iudea esse po
tuerunt. siue qui nunc in ecclesia sunt. in
mediatorez dei & hominum crediderūt
& credūt. His alijsq; pluribz testimonijz
p̄spicue doceūt. nulli vñq̄ salutē eē factā
mī per fidē mediatoris. Oportet ergo
accedentez credere que supra dixit apo
stolus. sed non sufficit.

De fide simplicium Cap. iii. tertium.

Sed ergo dicitur dī illis simpli
cibus. quibus non erat reuelatū
misteriu; incarnationis qui pie
credebant quod eis traditum fuit. dici
potest nullum fuisse iustū vel saluu; cui
nō esset facta reuelatio vel distincta vel
velata in aperto. vel in misterio. di
stincta ut abrahe & mōysi. alijsq; majori
bus qui distinctionem articulorū fidei
habebant. Velata ut simplicibus quibz
reuelatum erat ea esse credenda. que cre
debant illi maiores & docebant. sī eorū
distinctionem aptam non habebāt sicut
in ecclesia aliqui minus capaces sunt. qī
articulos simboli distinguere & assigna
re non valent. Omnia tamen credunt qī
in simbolo continentur. Credunt em̄ qui ig
norant habentes fidez velatam in miste
rio. Ita & tūc minus capaces ex reuelaz
tōe sibi facta maioribus credendo ibere
bant quibus fidez suā quasi cōmittebāt
Mnde iob boues arabant & asine pasce
bantur iuxta eos. Simplices & minorē
sunt asine pascētes iuxta boues. quia bu
militate maioribus adherendo in mi
sterio credebant qī & illi in misterio do
cebant qīlī forte fuerat vidua sareptea
fidei fidei sītātīt sītātīt

Que ante aduētū de mediatore credere sufficiebant Cap. iii.

Sed queritur cum sine fide me
diatoris antiquis non fuerit sa
lus sic nec modernis utrū opor

tuerit illos credere omnia illa de medi
atore. que nunc credimus. quibusda; vi
deatur qī sufficerit illis quatuor tantum
credere scilicet. natuitatem. mortem.
resurrectionem. aduentum ad iudicium.
qī ex p̄missis verbis aug. colligunt vbi
ista quatuor posuit. Alijs autem vide
habita fide trinitatis id dī misterio icar
nationis fidei suffecisse vt dei filius cre
deretur nasciturus de homine et iudica
turus. Quin de iohāne baptista documē
tum hui2 rei assumunt. qui de morte xpī
& dīscensu ad iferos i euāgeliō dubitasse
videtur secundum expositionem gg. qī
interrogavit p̄ discipulos. Tu es qui ven
turus es. an alium expectamus. Quasi
es tu p̄ teipsum descensurus ad infernum
an alium ad hec sacramenta missur? ea
Quida; tamē dicunt eum non dubitasse
de ignorātia. sed de pietate id est dubi
tare se ostendisse non quia ignorauerit
sed pietatis affectu compassum esse xp̄o
et eius humilitatez amirando insinuasse

De fide cornelij Cap. iv. tu.

Coret etiā queri dī cornelio. utrū
fidez incarnationis habuerit cū
dictuz sit ei per euāgeliū. ac
cep̄te sunt elemosine tue. & exaudite sunt
orationes tue. Si em̄ fidez incarnationis
erat ei iusticia. quia de illo scriptum est
qī iustus erat timens deum. Si vero fi
dem incarnationis habebat. ad quid ḡ
missus est ad eum petrus. Sane dici po
test eum sicut fidem vītatis. ita & icar
nationis habuisse dei reuelatione. sed in
carnatum iam esse dei filium ignorasse.
& ideo missus est ad eū petrus. vt iam
natum dei filium ei adnūciaret. & sacra
mētu; regeneratiois ei offerr; Habebat
ergo fidem incarnationis. sed an facta
vel futura esset. non nouerat. & ita per
fidez venit ad opera. & per opa amplius
solidat̄ est mī fide. Per fidez em̄ vt ait
greg. venit ad opera. Corneliz etiam

Fidez p̄fīcēt mītū. aūtū & p̄fī
reūtētū & mītū. c̄lūm̄tū
et tolīa oītī p̄fīcēt.

per fidem venit ad opera. Deum enim
vnum credebat. sed filium eius nescie-
bat incarnatū. Per fidem placuerūt dō
eius opera. Sime fide em̄ impossibile est
aliquē deo placere ~~Aug.~~ vero dicit cor-
nelio dictum esse per angelum. Accepte
sunt elemosine tue. & orationes tue/ante
q̄j in xp̄o crederet/nec tamē sine aliqua
fide donabat & orabat. Nam quomodo
muocabat. in quē non credebat. Sed si
posset sine fide xp̄i esse salus/non ad eū
mitteretur architectus ecclesie petrus.
Attende qđ ait. sine fide xp̄i non posse
esse salutem. & tamen corneliū exauditū
anteq̄j crederet in xp̄m. quod ita potest
intelligi. scilicet anteq̄j sciret xp̄m incar-
natū/in quē credebat i misterio.

Diferente qº Alvaro; Ic pôs -

De equalitate fidei. spei. caritatis. & operis que secundū aliquid sunt equalia.

5. In 2 m 203 merendi qm fides et
pcti informati sunt qm tunc
equalit^{is} insito ad ptemm
attingant^{ur} in fido

videtur et iuris illius quod ad deum invocari
potest per eum et non a deo nisi dura-
re non potest.

Sed p[ro]ficiuntur in obicit

140

110. Pro equalitate huius & operum dicitur quod est per hoc similius apud operos huius mundi, sicut resounding in opera exteriori per similitudinem per tres cardinates & tria huius actus intiores sunt quos dicitur istam equalitatem attendi vel si loquitur operibus exterioribus intendenda sit equalitas in quatuor actis quae interducat ad ipsorum exercitium sat opera operis operis mundi quam alius dicitur.

ପ୍ରକାଶ ମେଲ୍

ponens aug. cor accipit p intellectu / et
conscientiam pro spe. Qualis inquit ca-
ritas est finis precepti. Procedens de cor
de puro id est de puro intellectu/ ut nihil
misi deus diligatur. et conscientia id est
de spe bona/ et fide non ficta/ id est simu-
lata. Non ergo caritas fidem vel spem.
sed fides et spes caritatem precedere vi-
dentur. Hoc ergo ea ratione traditum
intellige. non quod fides et spes causa vel te-
pore caritatem omnium bonorum ma-
trem procedat/ sed quia caritas sine illis
in aliquo esse non potest. sed illa sine ca-
ritate possunt esse. Quanvis non sit pia
fides vel spes sine caritate. Ideo ergo
ex fide et spe procedere dicitur/ quia nul-
li prouent sine istis

De spe quid sit.

Quintina Sexti Distinctio

Sit autem spes virtus qua spiri-
tualia & eterna bona sperantur

Et ualia & eterna bona sperantur
id est cum fiducia expectantur.
Est enim spes certa expectatio future beatitudinis remensis ex dei gratia & ex meritis precedentibus vel ipsam spem quam natura precepit caritas vel rem speratam id est beatitudinem eternam. **S**ime meritis enim aliquid sperare non spes. sed presumptio dici potest

De quibus sit spes. **C**ad m²m³p¹u¹p²m¹
p³m²p⁴ p⁵ p⁶ g¹u² p⁷ p⁸ g² d¹g³

AT sicut fides. ita et spes est de in-
visibilibus. Vnde aug. fidem ap-
pellamus/earum rerum que non
videntur. De spe quoque dicitur /spes que vi-
detur non est spes. Quod enim videt quis
quid sperat . quod attinet ad non vide-
re vel que creduntur vel que separantur/
fidei speique commune est. Distinguitur ta-
men fides a spe sicut vocabulo ita irra-
tionabili differentia. Est enim fides mala
rum rerum et bonarum /quia et bona cre-
duntur et mala/ et hoc fide bona non ma-
la. Est etiam fides et preteritarum rerum
et presentium et futurarum. Credimus enim

morteū xp̄i · que iam preteriit / credim⁹
sessionem quē nunc ē · Credimus ventu-
rum ad iudicandum quod futurum est ·
Item fides ⁊ suarum rerum est ⁊ aliena-
rum · Nam ⁊ se quisq; credit esse cepisse
nec fuisse utiq; sempiternum ⁊ alia atq;
alia · non modo de alijs hominibus mul-
ta que ad religionem pertinent / verum
etiam de angelis credimus · Spes autē
non nisi bonarum rerum ē / nec nisi futu-
rarum ⁊ ad eum periculum · qui earū
spem gerere perhibetur ·

Redit ad premissam questionem scilicet
an fides ⁊ spes in xp̄o fuerint · **Cāmēm**

Dost hoc supest iūstigare ut
fides ⁊ spes in xp̄o fuerint vnde
de tractatuſ iste sumpli exor-
dium · Huibusdam non in dōcte videtur
fidem virtutē ⁊ spem in eo n̄ fuisse sicut
in sanctis iam beatificatis vel in angelis
non sunt · ⁊ tamen sancti credunt ⁊ spe-
rant resurrectionem futuram ⁊ angeli
eandem credunt / nec tamen in eis fides
vel spes virt⁹ est · quia ⁊ deo per specieſ
contemplando fruuntur ⁊ in dei verbo
resurrectionem futurā sine iudicium non
per speculū in emigate / sed preclarissi-
me inspicunt · Si enī quia credunt resur-
rectionem futuram / ideo verū est eos fi-
de habere / ergo ea consummata post iu-
dicium similiter ⁊ fidem habere dicent
quia credent eam preteritam · sed sicut
tunc credent / nec tamen fidem que fide-
les facit habebunt / quia nō credent abs
q; scientia / que non erit emigrica sed
per speciem / ita ⁊ modo credunt ⁊ spe-
rant resurrectionem / nec tamen fideſ ha-
bent quia credendo cognoscunt · Vemt
enī eis quod perfectum ē ⁊ euacuatum
ē quod ex parte est · Vemt enī cognitio
⁊ euacuata est fides · Vemt species ⁊ d̄
sijt spes · Ita ⁊ xp̄c in quo fuerunt bona
patrie credidit quidem ⁊ sperauit resur-
rectionē tercia die futurā / pro qua ⁊ pa-
tri orauit / nec tamē fidē virtutē vel spē

habuit quia non emigmaticam ⁊ specu-
larem · sed clarissimā de ea cognitionem
habuit · quia non perfectius eam cogno-
uit preteritam q̄ intellerit futuram · spe-
rauit tamen xp̄c sicut in psalmo ait · In
te domine speram · nec tamen fidem vel
spem virtutem habuit · quia per spēm vi-
debat ea que credebat · De antiquis ve-
ro patrib⁹ qui apud inferos usq; ad pas-
sionem tenebantur non incongrue dici
potest q̄ fidem ⁊ spem virtutem habue-
runt · quia credebat ⁊ sperabant se vīsu-
ros deum per speciem qualiter eum tūc
non videbant · quia non patuit eis cog-
nitio dei per specieſ ante passionem xp̄i ·
Quia consummata a fide transierunt
ad speciem ·

*Si iusti apd mīfēs tenti
fidem et spem h̄zunt*

De caritate qua diligitur deus ⁊ p̄im⁹

que in xp̄o ⁊ in nobis est · **Cāmēm**

Onm̄ autem xp̄c fidem ⁊ spem n̄
babuerit / dilectioneſ tamen ha-
buit inquantum homo Tātam
qua maior esse non valet · qui ex caritate
eximia animā posuit p̄ amicis ⁊ inimicis
Habuit enī in corde caritatem quā ope-
re nobis exhibuit ut exhibitionis forma-
nos ad diligendum instrueret · Dic ali-
quid dicendum ē de caritate ⁊ modo ⁊
ordine diligendi deū ⁊ p̄imum ·

Quid sit caritas · **Cāmēm**

Oritas est dilectio qua diligit
deus ppter se ⁊ p̄im⁹ propter
deū ⁊ i dō · hec habet duo mādata · vnu
pertimens ad dilectionem dei · quod est
maximum in legē mandatum ⁊ alterum
pertimens ad diligendum p̄imum illi si-
mile · P̄imum est diligēs deum ex toto
corde ex tota mente ex tota anima · Qd̄
scriptum ē in deuteronomio · Secundum
est / diligēs p̄imum tuum / sicut teipſuſ ·
In his duobus preceptis tota lex pendit
⁊ ap̄bete · simis enim precepti ē dilectio
⁊ ea gemina id ē dei ⁊ p̄imi ē ·

*alio m̄p̄ m̄p̄ jo je y dōt me
h̄m̄ m̄p̄ fūat Max / c̄ de
dōt vñ m̄p̄ fūat t̄cōrās vñ
Max / p̄ m̄p̄ m̄p̄
fūat m̄p̄ vñ n̄ fūat*

*Qui si diligis p[er] veritatem se non diligis p[er] propria
t[em] omni p[er] te q[uod] diligitur n[on]q[ue] sicut anima p[er] di-
uisio[n]em dicitur id h[ab]et immeliora q[uod] actus p[er] alia*

Si eadē caritate diligit deus & p[ri]mus?

C. 5m

Nec queritur si ex ea ipa dilectio
ne diligitur deus qua diligitur
p[ri]mus. an alia sit dilectio dei
& alia proximi. **E**adem sane dilectio est.
qua diligitur deus & proximus quia spiri-
tus sanctus est ut supradictum est. quia
deus caritas est. **Vnde augustinus.** Jo-
hannes ait. Non potest deum diligere
quem non videt. qui fratrem quem videt
non diligit. Sed si eum quem videt hu-
mano visu spirituali caritate diligenter.
videret deum qui est ipsa caritas. visu i-
teriori quo videri potest. **R**ui ergo fra-
trem quem videt non diligit / deum qui ē
dilectio qua caret qui fratrem non dilig-
it. quomodo potest diligere? **E**x una
em eademq[ue] caritate deum p[ri]imumq[ue]
diligimus. sed deum p[er] deum. **N**os
vero & proximum propter deum! **S**i ve-
ro una eademq[ue] caritas ē dei & p[ri]mi/
quare dicitur gemia & p[er]ter duo dilecta
id ē deum & p[ri]mus. & si una sit caritas
duo tamen diuersa ea diliguntur. scilicet
deus & homo vel angelus. **P**ro quo eti-
am duo sunt mandata/ quia cum eadem
caritas utroq[ue] amendetur/diuersa tamē
diligi precipiuntur. **Vnde aug.** Arbitror
ideo spiritum sanctū bis datum. semel in
terra & iterum de celo/ ut amendarent
nobis duo precepta caritatis scilicet di-
& p[ri]mus unus spiritus & duo data quia
alia caritas non diligit p[ri]mus / mī illa
que diligit deum. **R**ua ergo caritate p[ri]-
mu[m] diligimus/ ipsa deū diligimus. **S**i
ē quia aliud est deus/ aliud ē p[ri]mus &
si una caritate diligunt. ideo forte duo
precepta dicuntur & alterum maius &
alterum minus. vel p[er]ter duos motus q[uod]
in mente geruntur. dum deus diligitur
& p[ri]mus. **M**ouetur em̄ mens ad diligē-
dum deum. mouetur & ad diligendum
proximum. & multo magis erga deū q[uod]
erga proximum.

De modo diligendi deum. *C. 5m*

Onsequenter modum utriusq[ue]
dilectionis aduertam. **H**ec re-
gula p[er] ait aug[ustinus] dilectionis di-
uinitus constituta ē/ ut deum p[er]ter se ex
toto corde & p[ri]imum diligas sicut teip-
sum id est ad quod & p[er]ter quod teipsum
diligere debes. **I**n bono ergo & p[er]
deum teipsum diligere debes. **I**n bono
ergo diligendas ē p[ri]minus/ non in ma-
lo & p[er]ter deum. **P**roximum vero omnē
hominem oportet intelligi/ quia nemo ē
cum quo sit operandum male. **R**ui er-
go amat homines/ vel quia iusti sunt vel
ut iusti sint amare debet. hoc est in deo
vel p[er]ter deum. **S**ic em̄ & seipm amare
debet. scilicet i deo vel p[er]ter deum id ē
quia iustus est. vel ut iustus sit. **R**ui em̄
aliter se diligit. iuste se diligit. quia ad
hoc se diligit ut sit iustus. ad hoc er-
go ut sit malus. non ergo iam se diligit
Rui em̄ diligit iniquitatem odit animā
suam. **O**dodus ergo diligendi precipien-
dus ē homini id ē quomodo se diligat/
ut prospicatur sibi. **R**um autem se diligit &
p[ro]p[ter]esse sibi velit. dubitare dementis est.
Ododus autem precipitur cum ait. sicut
teipsum ut proximum diligas/ ad quod
teipsum. **S**i ergo te non propter te dilig-
ere debes. sed p[er]ter illum ubi dilectio-
nis tue rectissimus sim̄ est/ non succen-
seat alius aliquis homo/ si & ipsu[m] p[er]
deum diligis. h[ab]ens dilectionis modum
veritas insinuat dicens. **O**mandatum no-
num da vobis ut diligatis iudeas sicut
diligi vos id est ad quod diligi vos scili-
cer ut filii sitis & vitam habeatis.

De modo diligendi deum. *C. 5m*

O dilectionis autem dei modus in-
singuatur cuius dicitur ex toto cor-
de id est ex toto intellectu. ex to-
ta anima id est ex toto voluntate. ex to-
ta mente id est ex memoria. **O**t omnes co-
gitationes & omnem vitam & omnem i-
tellectum in illis conferas a quo habes
ea que confers. **H**ec dicens nullam p[re]te-

vite nostre reliquit que vacare debeat.
sed quidquid venerit in animis illuc ra-
piatur quo dilectionis impetus currit. &
diligere deum propter se modus est dilige-
endi deum. & sunt isti duo modi dilige-
di deum ut quibusdam placet.

De impletione illius mandati.

Ellud autem preceptum non pe-
nitus impletum ab homine in hac
mortali vita. sed ex parte non ex
toto. quia ex parte diligimus sicut ex p-
te cognoscimus. In futuro autem imple-
bitur ex toto. Vnde aug. cum adhuc est
aliquid carnalis concupiscetie non om-
ni modo ex tota anima diligitur deus/
caro autem non dicitur concupiscere in
si quia anima carnaliter concupiscit. Cu-
autem venerit quod perfectum est ut destrua-
tur quod ex parte est id est ut iam non ex par-
te sit sed ex toto / caritas non auferetur
sed augebitur & impletur. In qua ple-
nitudine illud preceptum caritatis im-
pletur. Diliges dominum deum tuum
ex toto corde et. Tunc erit iustus sine
peccato / quia nulla erit lex repugnans
meti. Tunc prorsus toto corde. tota a-
nima. tota mente/diliges deum quod est
summum preceptum.

Questio de precepti ratione.

Sed cur precipitur homini ista
perfectio/cum in hac vita eam
nemo habeat. Quia non recte
curritur/si quo currendum est nesciatur.
Quomodo aut sciretur/si nullis precep-
tis ostenderetur. Ecce habes cur illud
preceptum est quod hic permissus impleri
non potest. Impletur tamen ex parte scilicet
secundum perfectionem vie. Alia est em-
perfectionis currentis. alia peruenientis. fac-
cit hoc mandatum ut cursor qui deum
ante omnia & per omnibus diligit / nec
tamen omnino perficit

Contra paulum duapartim plenitudo alia hora agit hoc pro soli
precepto. sed paulus in apostoli inquit fratres vobis huiusmodi huiusmodi
sunt prius huiusmodi primordia. Ad me deo p. frater te huiusmodi
tum ne pro totius opere sit enim tempore.

Ceterum mandatum in altero est

b. glo. anno 15. cap. 2. cap. 3. Sept. 15.

Orum autem duo sunt precepta
caritatis pro proximo sepe unum
ponitur. nec immerito. quia nec
deus sine proximo. nec proximus sine deo
diligi potest. Vnde apostolus omne ma-
datum legis dicit instaurari id est coti-
neri & impleri in hoc verbo diliges prox-
imum tuum sicut teipsum. Et propter dilectio-
nem proximi specialius memorat dices. f. 2. m. Et si obsequanez diuinit-
tate utque admixta gaudie

Mandatum nouum do vobis ut diliga-
tis inuidos sicut dilexi vos / ubi illud ma-
ius mandatum dilectionis dei videtur per-
termissem. sed bene intelligentibus veru-
q; inuenitur in singulis. quia qui diligit
deum non potest eum contemnere quem de-
us precipit diligi. & qui diligit proximum
quid in eo diligit in se deum. Ipsa est
dilectio ab omni mundana dilectione
discreta. Quam distinguens domi-
nus ait. sicut dilexi vos. Quid enim in se
deum dilerit in nobis. non quem habebamus
sed ut haberemus sicut medicus egros
& quid in eis diligit in se salutem. quam
cupit reuocare. Non morbum quem venit
expellere. Sic & nos inuidem diligamus
ut quantum possumus inuidem ad ha-
bendum in nobis deum ex dilectione at-
trahamus.

Que caritate diligenda sunt.

Sed que hac dilectione diligen-
da sint / iam inquiramus. Non
enim omnia ut ait aug. quibus ut te-
num est diligenda sunt. sed ea sola que
vel nobiscum societate quadam referun-
tur in deum / sicut est homo vel angelus. vel
ad nos relata. beneficio dei per nos in-
digent ut corpus quod ita precipiendu[m] est
diligi / ut ei ordinate prudenterque consulat

Si illo precepto iubemur diligere totum
proximum & nos totos. 28

Ic potest queri utrum illo mā-
dato dilectionis proximi totū
proximū id est animā & corpus
nosq; ipsos totos diligere precipiamur
Ad quod dicimus omne genus diligen-
darum rerum in illis duobus mandatis
contimeri. Quatuor enim diligenda sunt
ut ait aug. unum quod supra nos ē scilicet
deus. Alterū qd nos sumus. Terciū qd
infra nos est sc; corpus. De secundo &
quarto nulla precepta danda erant scili-
cet ut diligeremus nos vel corpus nrm.
Precipitur autē deus diligere & proximus.
Ut aut quisq; se diligat/ precepto non ē
opus. Quantumlibet em bō excidat
a veritate/remanet illi dilectio sui & dilec-
tio corporis sui quia nemo vñq; carnes
suā odio habuit. Nam viri iusti qui cor-
pus suū cruciant non corpus sed corrup-
tiones eius & pñndus oderunt. Hic vide-
tur aug. tradere. q; ex precepto non te-
neamur diligere nosipos vel corp2 no-
strum. **Q**uod si ē non omne genus diligen-
tarum rerum illis duobus preceptis
continetur/cum & nosipos & corpus no-
strum diligere debeamus. ad qd neces-
sariū est preceptū/cum scriptū sit. **Q**ui
diligit iniquitatem odit animam suam.
Sed speciale de hoc preceptū non erat
dandum/nec speciali precepto opus erat
id tradi. ut quisq; se vel corpus suum di-
ligeret/quia hoc in illo precepto conti-
netur diligere proximum tuū sicut te ipsum.
Ibi em & proximum totū & te totum in-
telligere debes. **V**nde aug. in eodem si-
te totum intelligas id est animā & cor-
pus & proximum totum. id est animā & cor-
p2. homo enim ex anima constat & cor-
pore/nullum rerum diligendarum gen-
eris duobus preceptis pretermissem ē.
Cum em precurrat dilectio dei/eiusq; di-
lectionis modus prescriptus appareat/
& sequatur dilectio proximi/de tua dilec-
tione nihil dictum videtur. Sed cum
dictum ē diligere proximum tuū sicut te
ipsum simul & cui. abs te dilectio preter-

missa non est. **E**cce hic aperte dicit in illo precepto/non modo primi/sed & mei
dilectionem contineri & totius primi/&
totiusq; mei. Ex quo apparet qd dictum
ē de secundo & quarto id est de dilectō
ne nostri & corporis nostri/nulla precep-
ta danda esse/ita esse intelligendum scz
specialia & diuisa. quia in illo uno totum
continetur. & quia id qd sumus/& quod
infra nos ē/ad nos tamen pertinet/na-
ture lege diligimus/que in bestijs etiam
est. Ideoq; & de illo qd supra nos est/
& de illo qd iuxta nos est. diuisa precep-
ta sumimus. In quorum altero eius qd
sumus & illius qd infra nos est dilectio
continetur. Sic condita est mens huma-
na ut nunq; sui non meminerit. nunq; se
non intelligat. nunq; se non diligat sed
quoniam qui odit aliquę noceri illi stu-
det. non immerito & mens hominis quā
do sibi nocet se odisse dicitur. **D**esciens
em sibi vult male. dum nō putat sibi ob-
esse quod vult. sed tamen male sibi vult
quando illud odit quod oblit sibi secun-
dum illud. **R**ei diligere iniquitatez odit
animam suam. **R**ei ergo diligere se no-
nit. deum dilig. **R**ei vero non diligat
deum etiam non se diligat. quod ei natu-
raliter inditum ē. tamen non incongrue
se odisse dicitur. cū id agit quod sibi ad-
uersatur/ & seipsum tanq; suus inimicus
insequitur.

Si illo precepto continetur dilectio an-
gelorum. **C**ap. 3.

Oritur autem hic de angelis q-
stio/utrum ad illud preceptum
dilectionis primi etiam dilectō
pertinet angelorum. Nam q nullum ho-
mem excepterit qui precepit proximū
diligere dominus in parabola semiuiū
relicti ostendit eū dicēs proximū q erga illū
extitit misericors. Demde subdit vade
& tu fac similiter. Ut em eum proximū in-
telligamus/cui vel exhibendum est of-
ficiū misericordie si indiget. vel exhiben-
dum esset si indigeret. Nullum vero

III

exceptum esse cui misericordie negandū sit officium. quis non videat. cum usq; ad inimicos etiam porrectū sit. dño dicete. Diligite inimicos vestros & bene facite his qui odiunt vos. **O** manifestum ē ergo omnem hominē proximū esse deputandum. Proximi vero nomen ad ali quid ē. nec quisq; esse primus nisi proximo potest. **V**nde consequens est / & cui prebendum & a quo prebendū est officium misericordie/recte primū dici. **O** manifestum ē ergo precepto dilectionis & primi/etiam sanctos angelos contimeri. **A** quibus tanta nobis misericordie impenduntur officia. **E**r quo & dominus primum se nostrum dici volunt. vt in parabola sauci ostēdit & in prophetā. **Q**ua si proximum & quasi fratrem nostrū sic complacebam sed quia excellētior ac supra nostram naturam est diuina substātia preceptum dilectionis dei a primi dilectione distīctus est. **I**deoq; licet nobis deus omnia impendat beneficia. nō tamen nomine proximi includitur in illo precepto quē non sicut nos diligere debemus sed plusq; nos toto corde & anima. **C**ristum vero inquantū homo est. sicut nos diligere debemus. eiusq; secundum hominem dilectio/ illo concīmetur mandato quē etiam secundū hominem magis q̄ nos. sed non quantū deum debem⁹ diligere/ quia inquantū est homo minor est deo.

Hiibus modis dicitur proximus

Nec notandum ē primū dici diversis modis scilicet conditōne prime nativitatis. spe conuersiōnis. pīnquitate cognatiōis. ratione beneficij exhibitiōis.

De ordīne diligēdi quid prius qd post

Post predicta de ordīne caritatis agendum est. quia dicit spōsa. Introducit me rex in cellam

vinariam. & ordinavit in me caritatem. **V**ideamus ergo ordinem quid prius qd post esse debeat. Peccat em qui prepostere agit. Nam scire quid facias/ & ne scire ordinem faciendi /non est perfecte cognitionis. **O**rdins namq; ignorantia conturbat meritorum formā. **O**rdinem autē diligendi aug. insinuat dicens. Ipse ē qui ordinatam habet dilectionē. ne autem diligat quod non ē diligendum/ aut non diligat. qd diligendum ē/aut e que diligat. qd minus vel amplius diligendum est. aut minus vel amplius/qd eque diligendū est. **O**mnis peccator/ inquantū peccator ē. non est diligendus. & omnis homo inquantū est homo. diligendus est ppter deum. **D**eus vero ppter se ipsum. & deus ppter se omni homine amplius diligend⁹ est & amplius quisq; deum debet diligere q̄ seipsum. **I**tem amplius alius homo diligendus est q̄ corpus nostrū/ quia ppter deum omnia ista diligenda sunt & potest nobiscū deo hominem perfungi/ quod non potest corpus quia corpus per animam vivit qua fruimur deo. **A**udisti aliqua de ordīne caritatis vbi expressum ē nos amplius debere diligere deus/ q̄ omnes homines vel nos ipsos. & amplius animā alicuius hominis q̄ corpus nostrum. **I**n enumeratione etiā quatuor diligendorū superius posita/prius ponitur qd supra nos ē. **S**ecundo qd nos sum⁹. **T**ercio qd iuxta nos ē. **Q**uarto qd infra nos ē. vbi ordo diligendi insinuari videtur ex ratione numeri. **N**on est autē apertum/vtrum omnes homines pariter diligere debeamus & tantū quantū nos vel minus.

On omnes hoies piter diligendi sint

De etiā super hoc sepe mouet questio quā pplexaz faciunt sanctorum verba varie plata. **Q**uidam em tradere videtur q̄ pari affectu omnes diligendi sint. sed in effectu id ē in exhibitiōe obsequij/distictio obſtruāda

Sit. **V**nde aug. omnes homines eque diligendi sunt. Sed cum omnibz prodesse non possis . his potissimum consulendum est qui pro locorum & temporum vel quarilibet rerum oportunitatibus. cōstrictius tibi quasi quadam sorte iunguntur. Pro sorte enim habendum est. quo quisqz tibi temporaliter colligatus adheret . ex quo legis potius illi dandum esse. **I**dem super epistolā ad galathās. operemur bonū ad omnes . maxime aut ad domesticos fidei id est ad cristianos. **O**mnis enim pari dilectione vita eterna optanda est . et si non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis officia que fratribz maxime sunt exhibenda. qz sunt inuicem membra / qui habent eundē patrem. His alijsqz testimonij inmitunt qui dicunt omnes homines pariter diligendos esse caritatis affectu/ sed in ope- ris exhibitione differentiam.

TQue his repugnare videntur.

Vibus obuiat illud preceptum legis diligendis parentibus honora patrem tuū & matrē vt sis longeius super terram . **V**t quid enim specialiter illud preciperetur de parentibus . nisi maiori dilectione forent diligēdi. **S**z h° illi referendū dicunt ad extre- riorem exhibitionem/ in qua preponendi sunt parentes. **V**nde honora dicit nō di- lige. **O**buiat etiam illud qd ieroz. super ezechielem ait scz vt ordine caritatis sic scriptum est . ordinavit in me caritez/ post omnū patrem deum/carmis pater quoqz diligatur . & mater & filius . & filia frater & soror. **A**mbrosius quoqz diligendi exprimens ordinē super illud cantico rum capitulo primo ordinavit in me caritatē ait . **O**ultorū caritas mordinata ē quod in primo ē ponū terciū vel quartum. **P**rimo deus diligendus ē . secundo parentes. **I**nde filij. post domestici. qui si boni sunt/malibz filije preponendi sunt secundū hoc in euangelio ad cuiusqz di-

lectionem p̄prium ponit/diliges dominū deū tuū ex toto corde tua & ex oibz viri bus tuis & p̄prium tuū sicut teipm & mimicos non ex tota virtute. nō sicut teipsum sed simpliciter. sufficit em qd diligimus & non odio habemus. Ecce ex premissis aperte insinuat que in affectu caritatis distinctio sit habenda/ ut differenti affectu nō pari homines diligamus & ante omnia deum/secundo nosipso. tertio parentes. **I**nde filios & fratres/ post domesticos/demū imimicos diligamus sed inquiunt illi/ que de ordine dilectionis supra dicuntur esse referenda ad operum exhibitionē que differenter p̄pimis exhibenda sunt. primo parentibus. **I**nde filijs. post domesticis. demū imimici. deū vero tam affectu qd obsequijs exhibitione. ante omnia diligendū.

Thā aliqui eorundē tantū primos quātu- nos debere diligere tradunt

Vorum etiā nōnulli tradunt af- fectu caritatis tantū primos es- se diligendos/quantū nosipso diligimus. **H**uod confirmant autorita- te aug. qui ait. Nec illa iam questio mos ueat/quantū caritatis fratri debeamus impendere quantū deo. Incompatibili- ter plus deo qd nobis. fratri vero quan- tum nobis. **N**os autē tantomagis diligimus/quantomagis diligimus deum. Ex hoc & ex premissis testimonija aug. asse- runt omnes homines pariter esse diligēdos a nobis/ & tantū quantū nos. deum autem plusqz nos. corpus vero nostrum minusqz nos vel primos. **N**ec in enumera- ratione premissa quatuor diligendorum ordinem diligēdi assignari dicunt /sed tantum que sunt diligenda.

Secundum alios non pari affectu om- nes diligendi sunt.

Erum quia premissa verba am- brosij. ordinem diligendi sedm

III

affectum magisq; secundū effectum dili-
genter intuentibus explicare videntur/n
in docte alij dicunt non modo in exhibitio-
ne operis/sed etiam in affectu caritatis
ordinem differentem esse statutum /vt
ante omnia diligamus deū .secūdo nos
sicut et mundi nō hō sapientia. Sicut et
hō mundi papa nō hō sapientia. Sicut et

III

mens hominis deum cuius ab eo capax facta est et cuius esse particeps potest. sapiens ipsa sit et non sua luce. sed summe illius lucis participatio sapiens sit. Ita ergo hominis sapientia etiam dei est. non ita dei est. ut ea sapiens sit deus. Non enim participatione sui sapiens est deus. sicut mens participatione dei. Sic etiam dicitur iusticia dei non solum illa qua ipse iustus est. sed etiam illa qua dat hominum iustificat impium.

De cōexione virtutum que non separantur

Si olet etiam queri. verū virtutes ita sint sibi comuncte ut separatum non possint possideri ab aliquo. sed qui vnam habet. omnes habeant. De hoc etiam iero. ait. Omnes virtutes sibi herent. ut qui una caruerit. omnibus careat. Qui ergo unam habet. omnes habet. Quod quidem probabile est. Cum enim caritas mater sit omnium virtutum in quocunq; mater ipsa est scilicet caritas et cuncti filii eius id est virtutes recte fore creduntur. Vnde augustinus. ubi caritas est quid est quod possit deesse. Vbi autem non est quid est quod possit prodessere. Cur ergo non dicimus. qui hanc virtutem habet. omnes habet. cum plenitudo legis sit caritas. Que quantomagis est in homine. tantomagis est virtute preditus. Quanto vero minus. tanto minus inest virtus. et quantominus inest virtus. tantomagis inest virtus.

Si cuncte virtutes pares sunt in quocunq; sunt.

Trum vero pariter quis omnes possideat virtutes. an alie magis alie minus in aliquo ferueant. quod est. Quibusdam enim videtur. quod alie magis. alie minus habeantur. ab aliquo sicut in iob patientia eminuit. in dauid humilitas. in moise mansuetudo. qui etiam concedunt magis aliquem mereri per

aliquam vnam virtutem quam per aliam sicut eam plenus habet quam aliam. Non tamen magis per aliquam mereri dicunt quam per caritatem. ne aliquam plenus a quoque haberi quam caritatem. Alias ergo magis et alias minus in aliquo esse dicunt. sed nullam plenus caritate que ceteras significat. Namque dicit multas facies quae memorat apostolus dicens ex personis multarum facierum et cetera. Alij verius dicunt omnes virtutes et similes et pares esse in quocunq; sunt. ut qui in una alteri par extiterit. in omnibus eidem equalis sit. Vnde augustinus. virtutes quae sunt in animo humano. quae alio et alio modo singule intelligantur. nullo modo tamen separantur ab invicem. ut quicunq; fuerint equales. verbi gratia in fortitudine equalis sunt et prudentia et iusticia et temperantia. Si enim direris et quales esse istos in fortitudine. sed illum prestare prudentia. sequitur ut huius fortitudo minus prudens sit. Ne per hoc nec fortitudine equalis sunt. quia est illius fortitudo prudentior. Neque ita de ceteris virtutibus inuenies. si omnes eadem consideratione percurras. Ex his clarescit. omnes virtutes non modo esse conexas. sed etiam pares in animo hominis. Cum ergo dicitur aliquis aliqua premerre virtute. ut abraham fide. iob patientia. scilicet usus exteriores accipiendum est vel in comparatione aliorum hominum. quia vel humanitatis habitum maxime prefert. vel opus fidei. vel alicuius ceterarum virtutum precipue erexitur. Vnde et ea praeparata pollere. vel inter alios homines singulariter excellere dicitur. Secundum hunc modum scilicet secundum rationem actuum exteriorum alibi augustinus dicit. in aliquo aliam magis esse virtutem aliam minus. et vnam esse et non alteram. Sic enim sic. Clarissima disputatio tua satis appetuit. non placuisse autoritatibus nostris immo veritati ipsi. omnia paria esse peccata etiam si hoc de virtutibus verum est. quia et si verum est eum qui habet vnam

ex parte honestatis. Aug
mentum et datus per innotescere.
fides nobis sunt parvula.
habet in deo hoc innotescere.
nobis ipso si hoc efficiemus.

CXXXI

CXXXII

CXXXIII

Omnes virtutes habere. et eum qui vnaꝝ
non habet nullam habere. nec sic pecca-
ta sunt paria. quia ubi virtus nulla est/
m̄bil rectum est. nec tamen ideo non est
pr̄auo prauius distortoꝝ distortius. Si
autem quod puto esse verius sacrisq; li-
teris ḡgruentiꝝ ita sunt amme intentos
ut corporis membra non q; videantur lo-
cis/ sed q; sentiantur affectibus. et aliis
illummatur amplius. aliis minus. aliis
omnino caret lumine/profecto ut quisq;
illustratione pie caritatis affectus ē. in
alio actu magis. in alio minus. in aliquo
nihil/sic potest habere aliam et ali-
am non habere et aliam magis. aliam mi-
nus. Nam et maior est in isto caritas q;
in illo. et ideo recte possumus dicere et
aliqua in isto nulla in illo quantum per-
tinet ad caritatem que pietas ē et in uno
homine quidem maiorem habeat pudici-
ciam q; patientiam / et maiorem hodie
q; heri / si proficit et adhuc non habeat
continentiam/ et habeat non paruam mi-
sericordiam. et ut generaliter breuiterq;
completatur quā de virtute habeo notō
nem. virtus ē caritas qua id qd diligen-
dum ē diligetur. Hec et in alijs maior et in
alijs minor. et in alijs nulla est. Plemssi-
ma vero que iam nō possit augeri qd iu-
hic homo viuit in nemine est. Hic insu-
nuari videatur. q; aliquis ea ratione pos-
sit dici habere unam virtutem magisq;
aliam quia per caritatem magis afficit.
in actu v̄mus virtutis q; alteriꝝ. et prop-
ter differentiam actuum ipsas virtutes
magis vel min⁹ habere dici potest et ali-
q; non habere / cum tamen simul omnes
et pariter habeat quantuꝝ ad mentis ha-
bitum vel essentiam cuiusq;. In actu ve-
ro magis aliam minus habet/ aliam etiā
non habet ut vir iustus v̄tens coniugio n̄
habet continentiam in actu quā tamen
habet in habitu. Cur ergo non dicantur
paria peccata. Forte q; magis facit con-
tra caritatem qui grauius peccat. min⁹
qui leuius. Nemo em̄ peccat/m̄si aduer-
sus illam faciendo que ē plenitudo legis

Ideo recte dicit. **C**ui offenderit in uno
factus est omnium reus id est contra cari-
tatem facit in qua pendent omnia

**¶ Repetit de caritate ut addat quō tota
lex in ea pendet.**

Cumat
Quoniam duo sunt precepta caritatis in quibus ut pretaratus est tota lex pendet et prophete. Non uertendus est quomodo hoc sit cum in legge et prophetis multa fuerint ceremonalia mandata que si ad caritatis sanctificationem pertinuerint viderentur non debere cessare! Quia vero non iustificatio misericordia gratia quam facit caritas instituta sunt sed in figura futuri et in onus posita / in claroscere veritate cessauerunt velut umbra. Veruntamen et ipsa ceremonalia secundum spiritualem intellectum quem continent et omnia moralia ad caritatem referuntur. Pertinent enim omnia ad propriae materiae in tabulis scripta. ubi omnibus summa perstringitur. ex quibus cetera emanant sicut in sermone domini. octo virtutes premituntur ad quas cetera referuntur. Et sicut ad propriae materiae decalogi certa referuntur ita et ipsa decem ad duo materiae caritatis pertinent. quia per caritatem implentur. et ad caritatem tanquam ad finem referri debent. **Onde aug.** Totam magnitudinem et amplitudinem diuinorum eloquiorum possidet caritas quia deum primumque diligimus que radix est omnium honorum uti veritas ait. In his duobus mandatis universa lex pendet et prophete. Si ergo non vacat omnes paginas sanctas perscrutari omnia in volucra sermonum euoluere tene caritatem ubi pendet omnia. quia perfectio est et similitudinem omnium Tunc enim et precepta et omnia recte fiunt cum referuntur ad diligendum deum et primum propter deum. Quod vero timore pene vel aliqua intentione carnali fit ut non referatur ad caritatem nondum fit sicut fieri oportet quis fieri videat. Inimicus enim iusticie est qui pene timore

III

non peccat. Amicus vero iusticie qui ei²
amore non peccat. Omnia ergo hec
summa est/ut intelligatur legis & omni
um diuinarum scripturarum plenitudo
esse/dilectio dei & proximi.

De decem preceptis quomodo contine antur in duobus mandatis caritatis

Teresima Seprina
Dicit iaz distributio decalogi qui
in duobus mandatis completetur
consideranda est. Dabit enim
decalogus decem precepta que sunt de
cordonum psalterium. que sic sunt distri
buta. ut tria que sunt in prima tabula p
timeant ad deum scilicet ad cognitionem
& dilectionem trinitatis. Vix. que sunt in
secunda tabula ad dilectionem primi

De primo precepto.

Primum in prima tabula est non
habebis deos alienos. non faci
es tibi sculptile neque omnem
similitudinem et. **H**ec ora. dicit esse duo
mandata sed aug. vnum / hoc em ipsum
quod dixerat/non habebis deos alienos p
fectius explicat cum prohibet consigna
ta scilicet idolum vel similitudinem ali
cuius rei. que duo origenes ita dicit di
stare ut idolum sit quod nihil habet si
mile sui. similitudo vero quod habet spe
ciam alicuius rei. ut verbi gratia. Si qd
in auro vel ligno vel alia re. faciat spe
ciam serpentes vel avis vel alius rei. & sta
tuat ad adorandum non idolum sed si
militudinem fecit. Huius vero facit speci
em quam non vidit oculus sed animus
sibi finxit. ut si quis humanis membris ca
put canis vel arietis formet vel in uno
habitu hominis duas facies/non simili
tudinem sed idolum facit. quia facit qd
non habet aliquid simile sui. Ideo di
cit apostolus. quia idolum nihil est in
mundo. Non enim aliqua ex rebus consta
tibus assumitur species/sed quod mens
ociosa & curiosa reperit. Similitudo ve

ro est cum aliquid ex his que sunt in celo
vel in terra vel in aquis formatur Aug.
vera ita exponit illud. idolum nihil in
mundo id est inter creaturas mundi/non
est forma idoli. materia enim formavit
deus/sed stultitia hominum formavit de
dit. Necunq; facta sunt naturaliter/fa
cta sunt per verbum. sed forma hominis
in idolo non est facta per verbum. sicut
peccatum non est factum per verbum/sed est
nihil / & nihil sunt homines cum peccati

Can. 211
Aug. 1. mglo
Sed queritur quomodo hic dicatur. for
ma idoli non esse facta per verbum cui
alibi legatur. Omnis forma. omnis co
pago. omnis concordia partium facta est
per verbum/hoc autem a diversis varie
soluitur. Quidam enim dicunt omnes for
mam & quidquid est a deo esse inquantum
est. & formam idoli inquantum est/vel in
quantum forma est a deo esse. sed non in
quantum id est posita ad adorandum. In hoc enim non est creatura. sed p
uersio creature. Sicut illud quod peccatum
est inquantum peccatum est. nihil est. & homi
nes cum peccant nihil sunt/quia ab illo
qui vere est separantur. Unde iero. Quod
ex deo non est qui solus vere est/non esse di
citur. Ideo quod peccatum quod nos a deo
esse abducit. nihil esse vel non esse dicitur.
Alij vero dicunt omnem formam quod scilicet
naturaliter est. et omne quod naturaliter
est esse a deo. sed forma idoli non est na
turaliter. quia naturae iusticie non seruit.
Id enim naturaliter esse dicitur. quod sim
plici nature iusticie que deus est militat.
non resultat. & natura creatura non vitiat

De secundo precepto. Ca' "Exodus"

Secondum preceptum est. non assumes
nomen dei cui inuanum. Quod
est dicere secundum literas. Non
iurabis per nichilo nomine dei. Allegorice
vero precipitur ut non putas creaturam
esse proximum dei filium. quia omnis creatura
vanitati subiecta est. sed equalem patri-

Q. Cum p̄t̄m q̄ n̄s sit om̄q̄m m̄t̄m V. q̄ id p̄d̄m
Phibet debuit q̄ legiſt̄m q̄ h̄c̄b̄ḡ l̄ḡ dedit
Te imp̄m̄s leḡ m̄t̄m n̄ q̄t̄m leḡl̄m̄
Phibet p̄t̄m q̄ n̄s n̄b̄ ḡm̄ p̄t̄m̄ p̄t̄m̄

De tercio precepto.

Dercium vero est. Odemento ut
diē sabati sanctifices. ubi secun-
dū literam p̄cipitur sabbati ob-
seruantia. Allegorice vero ut requiem.
et hic a vicijs. et in fuso in dei contempla-
tione expectes ex spiritu. scilicet id est ex ca-
ritate et dono dei. non quod spiritus sanctus
sine patre et filio hoc operet. Accepit
utique ecclesia hoc donum ut in spiritus an-
cto fiat remissio peccatorum. quod remissio
nem cum trinitas faciat. proprie tamen ad
spiritum sanctum dicitur pertinere/quia
ipse est spiritus adoptionis filiorum. Ip-
se est patris et filij amor et conuersio vel co-
munitas. Ideoque iustificatio nostra et re-
quies ei attribuitur scripturam. Hec sunt tria
mandata prime tabule. ad deum pertinē-
tia. et primum quidem. quod est de uno
deo colendo. pertinet ad patrem in quo
est veritas vel autoritas. Secundum ad
filium in quo est equalitas. Tercium ad
spiritum sanctum. in quo est utriusque com-
munitas.

De mandatis secunde tabule

Tsecunda vero tabula viij. erat
mandata ad dilectionem p̄imi
p̄imentia. quorum primum ad
patrem carnalem refertur sicut primum
prime tabule ad patrem celestem. **C**ō
est honorā patrem tuum & matrem tuā
ut sis longeūus super terram scilicet vi
uentium. **P**arētes vero sic sunt honorā-
di ut eis debita reuerentia exhibeatur &
necessaria ministrētur.

Secundum preceptum.

Secundum ē non occides vbi secundum literām actus homicidij phibetur. secundum spiritū vero etiā voluntas occidendi. **Vnde** hic mandato secundum literam fit superadditio in euangelio. quia litera euange-

lij exprimitur quod legis litera nō exprimitur. Euāgelij litera exprimit intelligentiam spiritualem/ id ē quā; spirituales habent. & secundū quā; spiritualiter vivuntur. Litera legis sensum carnalem id est quem carnales habent & secundum quem carnaliter vivuntur. cū facta est superadditio.

De tercio precepto.

Orcium ē non mechaberis id ē
ne cuilibet miscearis excepto fe-
dere matrimonij. A parte enim
totū intelligitur. Nōmīne ergo mechie-
tūm cōcubitus illicitus. illorum quo-
q; membrorum non legitimus usus phi-
bitius debet intelligi

De quarto precepto

Quartum est non furtum facies
vbi sacrilegium / et rapina omnis
prohibetur. Non enim rapinam p-
misit / qui furtum prohibuit / sed furti nos-
mine bene intelligi voluit omnes illicitam
usurpationem rei alienae. **Sacrilegium**
tribus modis omittitur / quando scilicet
vel sacrum de sacro / vel non sacrum de
sacro / vel sacrum de non sacro aufertur.
Sacrum vero dicitur quidquid manci-
patum est cultui diuino / ut ecclesia vel res
ecclesie. **Hic** etiam usura prohibetur / que
sub rapina continetur. unde iero. usuras
querere / vel fraudare / aut rapere nihil i-
terest. **Comoda** fratri tuo et accipe quod
dedisti / et nihil superfluum queras quia
superabundantia in usura computatur.
Est enim usura ut ait augustinus. cum quis
plus exigit in iniuria vel qualibet re quam
acceperit. **Item iero.** Utant aliqui usu-
ram tantum esse in pecunia / sed intelligi
gant usuram vocari supabundantiam sci-
licet quidquid est / si ab eo quod dederit /
plus est / ut si in hyeme demus decem mo-
dios / et in messe xv. recipiamus / Si vero
queritur de filiis israel quoniam dominus iubete
ut pluvalent per modum in messe propter

III

ab egyptiis mutuauerunt vasa aurea & argentea & vestes preciosas & asportauerunt. utrum furtum commiserint dicimus eos qui ut parerent deo iubente illud fecerunt/non fecisse furtum/nec omnino peccasse. **Vnde** **augustinus.** Israhelite non furtum fecerunt.sed deo iubente ministerium prebuerunt. **Hoc** em̄ deus iussit qui legem dedit sicut minister iudicis si ne peccato occidit quae lex precipit. **S;** si id sponte faciat homicida est etia; si eu occidat quem scit a iudice occidendum. **Infirmi** autem qui ex cupiditate egypci os deceperunt magis permissi sunt hoc facere illis qui iure talia passi sunt q̄ ius si. **Hic** oppomitur q̄ etia; boni in isto opere peccauerunt/quia naturalem legez cui concordat euangelium & lex moralis preceptionis transgressi sunt. **C**ue est. **Quod** tibi non vis alij ne feceris. **Quia;** veritas seripicit in corde hominis. & quia non legebat in corde/iterauit in tabulis vt voce formsecus admota rediret ad cor. & ibi inueniret quod extra legeret. **banc** ergo illi preuaricati videntur in illo facto alijs facientes quod nolebant sibi fieri. **S;** ibi subintelligendum est iniuste vt non alij scilicet iniuste facias quod tibi non vis fieri. **Alioquin** huius preuaricator est index dum punit reum/nolēs aliquid tale sibi fieri. **Ita** etiam & illud dominum verbum. **Omnia** quecumq; vultis ut faciant vobis homines &c. de bonis accipientum est que nobis inuicem exhibere debemus.

De quinto precepto Exodus

locum

Quintum preceptum est non loq; ris contra proximum tuum falsum testimoniu; ubi crimen mendacij & periurij prohibetur. Solet autem queri/utrum prohibitum sit omne mendacium. **Quidam** dicunt illud tantum phiberi quod obest & non potest ei cui dicitur. **Tale** em̄ non est aduersus proximū; vt ideo videat hoc addidisse scrip-

tura. **Sed** de mendacio magna questio ē/nec cito explicari potest.

De triplici genere mendacijs.

Aciendum tamen est tria esse genera mendaciorum. Sunt em̄ mendacia quedam pro salute vel modo alicuius/non malicia sed benignitate dicta qualiter obstirices mentite sunt & raab. **E**st & aliud mendacijs genus quod fit ioco qd̄ non fallit. **S**cit em̄ cui dicitur. causa ioci dici. & hec duo genera mendaciorum nō sunt sine culpa/sed non cum magna. Perfectis vero non conuenit mentiri nec etia; p temporali vita alic. ne p corpore alterius animaz suā occiderat. licet autem eis verum tacere sed nō falsum dicere. vt si quis non vult hominem ad mortem prodere verum taceat. sed non falsum dicat. **T**ercium vero genus mendacijs est / qd̄ ex malignitate & duplicitate prodit cunctis valde cauedum. **H**is videtur innui mendacia illa q̄ fiunt ioco vel pro salute alicuius imperfectis esse venalia peccata. perfectis vero illud quod p commodo alterius dicitur esse damnabile. quod etiam de mendacio ioco solet putari potest p̄cipue si iteretur. **D**e mendacio autem obstetricuz & raab q̄ fuerit veniale **Aug.** tradit dices. **S**orsitan sic obstirices n̄ remunerante sunt/quia mentite sunt/sed quia infantes liberauerunt/ & ppter banc misericordiam veniale fuit peccatum. non tamen nullum/sicut raab liberata est ppter liberationem exploracionez. pro qua fuit veniale peccatum. **S**ed ne putet quisq; in ceteris peccatis si ppter liberationez hominum fiant ita posse concedi veniam. **O**ulta em̄ mala detestanda talez sequuntur errorem. Possimus em̄ & furando alicui prodesse/si pauper cui datur. sentit commodum. & diues cui tollitur non sentit incommodeum. **I**ta & adulterando possimus prodesse si aliqua nisi ad hoc ei dissentiat apparat amādo moritura

Capitulum III

Quod prole admodum est bonum
pro pueris et ad leprosum

Et si vixerit penitendo purganda/nec iō peccatum graue negabitur tale adulterium. **S**cindendum est etiā. viij. esse genera mendacij ut augustinus. in libro de mendacio tradit. **Q**ue diligenter notanda sunt ut appareat quod mendaciū sit vemale et quod damnabile. **P**rimum capitale est mendaciū longeq; fugiēdū quod fit in doctrina religiosis. **N**o qd nulla causa quisq; debet adduci. **S**ecundū qd tale ē vt nulli profit/ sed oblit ali cui. **T**ercius qd ita prodest alteri vt ob sit alteri. **Q**uartū sola mentendi fallē diq; libidinē. quod mirum mendaciū ē. **Q**uintū qd fit placendi cupiditate de suavi eloquio. **H**is omnibus exultatis sequuntur vi. genus quod et nulli obest et prodest alicui/ vt si quis pecunia; alicui2 inuiste esse tollenda; sciens ubi sit/ nescire se mentiat. **S**eptimus quod et nulli obest et prodest alicui vt si quis nolens hominem ad morte; quesitum prodere mentiat. **O**ctauus qd nulli obest/ et ad hoc prodest/ vt ab immundicia corporali aliquid tueatur. **I**n his autem tanto minus peccat quisq; cū mentiat. quanto magis a primo recedit. **Q**uis quis vō aliquod genus esse tantum mendaciū qd peccatum non sit putauerit/ decipiet se ipsum curpiter cum honestum esse deceptorem aliorum arbitretur. **O**mne ergo gen2 mendaciū summope fuge /quia omne mendaciū non ē a deo.

Quid sit mendacium Capitulum VIII

Mic videntur ē quid sit mendacium / et quid sit mentiri. **D**em de vtrum omne mendacium sit peccatum et quare. **M**endacium ē vt ait aug. falsa sig mificatio vocis cum intentione fallendi. vt ergo mendaciū sit. ne cesset vt falsum pferatur / et cum intentione fallendi. hoc em malum ē psum mentientis/ aliud habere clausum in corde/ aliud pmpctum in lingua.

Quid sit mentiri.

Mentiri vero est loqui contra hō quod animo sentit quis siue illō verum sit siue non. **O**mnis ergo qui loquitur mendacium mentitur. quia loquitur contra hoc quod animo sentit id ē voluntate fallendi. sed non omnis q; mentitur. mendacium dicit / quia quod verum ē loquitur/ aliquando mentiendo sicut econuerso falsum dicendo. aliquando vera ē. **V**nde ait aug. Nemo sane mentiens iudicandus ē qui dicit falsum quod putat verum. quia quantum in ipso est non fallit ipse. sed fallitur. Non ergo mendaciū arguendus ē / qui falsa inscautius credit/ ac pro veris habet. Potiusq; econtrario / ille mentitur / qui dicit verum qd putat falsaz. **Q**uantum enim ad animum eius accinet / non verum dicit. quia non quod sentit dicit. quis verum inueniatur esse quod dicit. nec ille liber est a mendacio/ qui ore nesciens loquitur verum / sciens autē voluntate menteatur. **H**ic queri solet si iudeus dicat esti stum esse deum cū non ita sentiat animo vtrum loquatur mendacium/ non ē mendacium quod dicit. quia licet aliter teneat animo. verum est tamē quod dicit. et ideo non ē mendacium. **M**entitur tamē illud quod verum ē dicens. **V**ero omne mendacium sit peccatum aug. insinuat. **O**hibi inquit videtur omne mendacium esse peccatum/ sed multum interest. quo animo et de quibz rebus quisq; menteatur. Non em sic peccat qui consuledi/ vt qui nocendi voluntate mentitur/ nec tantum nocet qui viatorem mentiendo in diverso itinere mittit. quantoq; viam vite mentiendo depravat. **P**orro omne mendacium ideo dicendum ē esse peccatum / quia hoc debet loqui homo quod animo gerit. siue illud verum sit siue putetur et non sit. **V**erba em ideo sunt instituta / non vt per ea homines in vicem fallant / sed vt per ea in alterius noticiā suas cogitationes ferat. Verbis

Ut q̄ novia sunt statuta sive finis fiducia regnativa fidei. Et
q̄ h̄us dicitur p̄ actum vñm p̄ h̄o excedens alio dicitur mali genere
principia d̄ impunita et ad q̄d regnativa. Deinde dicitur p̄ finis mali genere
ad inducere p̄ venientia p̄ h̄o mali genere male fidei et vice versa finis
p̄ h̄o sup̄ habet q̄ p̄ se male sunt.

ergo vti ad fallaciam. non ad quod sūt
instituta peccatum ē. Nec ideo etiam v̄l
lum mendacium putandum est non esse
peccatum/quia possumus alicui aliquā
do prodesse mentiendo. Possimus em̄
vt predictum est et amando et furando et
adulterando prodesse. Mendaciū non
tunc tantum esse possumus dicere quan
do aliquis leditur. Cum em̄ a sciente di
citur falsum/mendacium ē. siue quis si
ue nemo ledat. Ecce ex his constat om
ne mendacium esse peccatum. non tamē
de omni mendacio accipendum ē illud.
Perdes omnes qui loquuntur mendaci
um. Nec illud os quod mētitur occidit
animam. Nec omne mendaciū isto pre
cepto prohiberi videtur nec premissa de
scriptione mendacium ioci includi

Vbi cum periculo erratur vel non.

Illud etiam sciendum ē q̄ in qui
busdam rebus magno malo. in
quibusdam parvo. in quibusdam
nullo fallimur. in quibus rebus nihil in
terest ad capescendum dei regnum. utrum
credantur an non. vel utrum vera puten
tur an falsa siue sint siue non. in his erra
re id est aliud pro alio putare. non arbit
randū est esse peccatum. vel si ē minimū
atq; leuissimum. et sunt vera quedā q̄uis
non videantur. que nisi credantur ad vi
tam eternam non potest perueniri. et licet
erros maxima cura cauendus sit. non mo
do in maioribus. sed etiam in minorib;
rebus nec nisi rerum ignorantia possit
errari. non est tame n consequens vt con
tinuo erret quisquis aliquid nescit. Sed
quisquis se existimat scire quod nescit. p
uero em̄ approbat falsum quod ē erroris
ap̄rium. Veruntamē in qua re quisque er
ret interest plurimū. Sunt em̄ que nesci
re sit melius q̄ scire. Item nonnullis er
rare p̄fuit aliquando. sed in via pedum.
nō in via morum. Solet queri de iacob
qui se dixit esse esau aliter animo sentiēs
utrum mentiūs sit. **De hoc aug. ait. Ja**

cob quod matre fecit auctore ut faller;
patrem si diligenter attendatur / video
non esse mendacium sed misteriū. Intē
debat em̄ matri obedire que per spiritū
nouerat misterium/ et ideo ppter familia
re consilium spiritus sancti quod mater
aceperat/a mendacio excusatur iacob

De perjurio. 39. 3. 2. 2. 2.

Punc de piurio videamus. Per
piurium ē mendacium iuramento
firmatum. Hic queritur utrum
sit perium. ubi non ē mendaciū. quod
quibusdam videtur ex autoritate ieronimi
mi dicentis aduertendum ē. q̄ iururan
dum tres habet comites. veritatem. ius
dicium. et iusticiam. Si ista defuerint. n̄
erit iuramentum. sed perjurium. Vbi au
tem falsum iuratur veritas deest. Si er
go falsum iuretur et si non sit ibi intentō
fallendi videtur esse perjurium quia de
est veritas. Quibusdam placet non esse
periuriū ubi non est mendacium/ et sicut
dicitur aliquando falsum sine mendacio
ita iuratur falsum sine perjurio. Falsum
forte dicit apostolus cum se venturum
ad corinthios promisit / nec tamē sicut
ei imponebatur culpa mendaciū contra
sit. quia sic animo sentiebat/ etiam si iur
amento illud confirmasset. non perjurium
incurrisset. quia quantū in ipso fuit
verum dixit. et si iurationem addidisset
quantū in se foret verum iurasset et si ali
ter euenerit q̄ dixit. Ideo sicut quis nō
est mendax / nisi aliter sentiat animo q̄
dixit siue ita sit siue non. ita videtur qui
busdam neminem perjurū constituit. nisi
aliter sentiat animo q̄ loquitur siue ita
sit siue non.

De triplici modo perjurii. 2. 2. 2. 2.

Ted melius creditur et ille p̄poy
rare qui falsum voluntate fallē
di iurat et qui falsum putans qd̄
verum ē iurat/ et qui verū putans quod s̄t

o. f. Et h. b. m. n. ex
legit. Martin. m. t. m.
h. m. m. s. f. q. d. p. c.
s. b. k. g. o. b. u. e. l. a. t. o. p. h. r. a. n.
j. z. a. n. f. p. e. n. a. p. h. r. e. y.

Dicitur apostoli primo ad Corinthus

falsum ē iurat. Vnde augustinus. homines falsum iurant/vel cum fallunt. vel cum falluntur/aut putat homo verū esse quod falsum ē/et temere iurat. aut scit vel putat falsum esse. et tamen p. vero iurat/et nihilominus cum scelerē iurat. Distant autem illa duo periuria que cōmemorāti. Fāc illum iurare qui verum esse putat p. quo iurat. verum putat esse et tamen falsum ē et tamen pro vero putat non ex animo iste periurat sed fallitur. hoc p. vero habet quod falsum ē. non pro falsa re sciens iurationem interponit. Da alium qui scit falsum esse et iurat tanq̄ verū sit quod scit falsum esse. Videtur q̄ ista deceptio sit belua. Fāc alium qui putat falsū esse et iurat tanq̄ verum sit et forte verum est. Verbi gratia ut intellegatis. Pluit in illo loco. interrogas hominem et dicit pluisse. et tunc pluit ibi. si putat p. pluisse. periurus est. Interest quemadmodum verbum procedat ex animo. ream lingua; non facit nisi rea mēs. His eidēter traditur. q̄ tripli cititer periorat homo ut supradixim⁹. dum vel sciēs falsum iurat. vel putans falsum qđ verū est iurat. vel estimans verum qđ falsum est iurat. Sed hoc extrellum non videtur esse periurium. etiā si periuriū nomine eo qđ pallum iuratur. non videtur re⁹ ēē periuriū qui sic iurat. qđ non est mens ei⁹ rea. et ideo nec lingua. p. mmo eius mens rea est. dum iurare presumpit quod p. spīcū verum non deprehendit. Non ergo omne periurium mendacium ē. nec omnis qui peperat mentitur/vel omnis mētendo iurans peperat/et omnis qui falsum iurat/sive mentiens sive non. peperat. Qum vero quis iurat quod verum ē timens esse falsum. queritur quid sit ibi periuriū. Ipsa em̄ significatio vocis vera ē quia verum nescienter loquitur. Nō ergo ipsa significatio vel falsum vel mendacium ē. quia vera ē et quod verum est periurium non videtur esse. Ad hoc debemus loqui sic id ē contra mentem sub attestatione iuramenti esse periuriū. Qmē

Non h. s. f. p. r. y. 2. m. s. m. d. v. p. 2. m. d. v. s. h. u. n. p. e. d. b. r. i. t.

tini ergo addibita iuratione periurium ē. Periurium ergo ē. vel iurando loqui falsum cum intentione fallendi. vel iurando loqui falsum sine intentione fallendi vel iurando loqui verum cum intentione fallendi. Hic opponitur si omnis qui falsum iurat peperat tunc qui alicui pmitit dare sub certo termio aliquid quod tamen non faciet ex quo iuravit peperavit. quia falsum iuravit. Non enim ita fuiturum erat ut iuravit. Ad hoc dici potest quia non omnis qui iurat quod falsum ē. ex quo iurat periur⁹ est. sicut iste de quo agimus. sed ex quo ppositum mutat vel terminum transgreditur iurato talis fit periurium reatu.

¶ Unjuratio sit malum. Cap. viii

Si autem queritur verum iurare sic malum / dicimus aliquando malū esse. aliquando non. Apote te em̄ et sine necessitate iurare vel falsum iurare peccatum grande ē. Ex necessitate autem iurare scilicet vel ad asserendū innocentiam vel ad federa pacis confirmāda vel ad p. suadēdū auditorib⁹. qđ ē eis utile. malum non ē. quia necessarium eis ē. Vnde augustinus iuramentū faciendum ē in necessariis cum pigrī sunt homines credere quod eis ē utile. Juratio non ē bona non tamē mala cū est necessaria id est non est appetenda sicut bona/non tamē fugienda tanq̄ mala cum est necessaria. Non est em̄ cōtra preceptum dei iuratio. Sed ita intelligitur dominus prohibuit a iuramento. ut quantum in ipso est quisq; non iuret. Quod multi faciunt in ore habentes iurationes tanq̄ magnum atq; suave aliquid. Apostolus em̄ nouit preceptum domini et tamē iuravit. Prohibemur em̄ iurare cupiditate vel delectatione iurandi. Et ergo xp̄c ait in euangelio. ego dico vobis non iurare omnino/ita intelligitur p. suis ne si quisq; sicut appetat iuramentū et assiduitate iurandi labatur in periuriis. Non dicitur h. s. f. p. r. y. 2. m. s. m. d. v. p. 2. m. d. v. s. h. u. n. p. e. d. b. r. i. t.

Quod vero addidit sit sermo vester ē est. non non bonus est et appetendū. Qd autem amplius ē a malo ē id ē si iurare cogeris/scias de necessitate venire infirmitatis eorum quibus aliquid suades. Que infirmitas utiq; malum est. Unde nos quotidie liberari precāmūr. dicētes libera nos a malo. Ideoq; non dixit q; amplius est malum ē. Tu em̄ non facis malum qui bene vteris iuratione. sed a malo ē illus qui aliter non credit id est ab infirmitate que aliquādo pena ē. aliquid o pena et culpa. Ibi ergo dominus phibuit mālum/suasit bonum. indulxit necessarium.

De iuramento qđ per creaturas fit. 43

QVeritur etiam verum liceat iurare per creaturam. quod non videatur cum in lege scriptū sit. Reddes autem domino iuramenta tua et xp̄c in euāngelio. precipit non iurare omnino. nec per celum. nec per terram. nec per ierosolimam nec per caput tuum. Judeis quasi paruulis est concessum iurare per creatorē et preceptū. vt si iurare contingeret. non nisi per creatorē iurarent/non per creaturam. quia iurātes per angelos et elementa creaturas venerabantur honore. et meli⁹ erat hoc exhibere deo qj creaturis. Infirmis ergo illud prohibuit. sanctis vero qui in creaturis creatorē venerabantur tantum non phibuit. Vnde ioseph per salutem pharaonis iuravit dei iudicū in eo. veneratus quo positus erat in infimis. Cristus vero ita per creaturas iurare prohibuit/ne vel aliquid diuum in eis crederetur p quo reverētia eis deberetur. vel ne per ea iurantes falsum. homines se iuramento teneri nō putarent. 43

Que iuratio magis teneat an que fit p deū an q fit p euāgelū. vel p creaturā.

Si autem querit. qđ magis teneat. an qui per deū. an q p euāgelū vel p creaturas iurat. dicim⁹ q per deum. quia p̄ eūm hec facta sunt. Unde criso. Si qua causa furent modicū videtur facere qui iurat per deum. Qui vero per euāngelium/magis aliquid fecisse videtur. Quibus dicendū ē. Eccliti scripture ppter deum facte sunt. non deus ppter scripturas. ita et creature facte sunt ppter deum.

Quid ē dicere per deum. Cap⁹ 1. 1. 1.

Ecce queritur quid sit dicere per deum iuro. hoc ē testem adhibere deū. Juravit em̄ ap̄ostol⁹ dicens. Testis ē mībi deus. ac si dixisset per deum ita ē. **Vnde aug.** Ridiculum ē putare hoc si dicas per deum. iuras. si dicas testis ē deus. non iuras. **Q**uid ē em̄ per deum/mīsi testis ē deus. aut qđ ē testis ē deus. mīsi per deum. **Q**uid est autem iurare/mīsi ius deo reddere. qn p deum iuras. **I**us scilicet veritatis et nō falsitatis. Itē ecce dico caritati vestre et qui per lapidem iurat falsum. per iurū est. quia non lapidē qui nō audit. sed ei us creatorē adhibet testem. hoc ē ergo iurare per q̄libet creaturam scilicet creatorē eius testem adhibere. **E**st etiam quoddam genus iuramenti gravissimum qđ fit per execrationem/vt eū homo dicit. si illud feci/illud patiar. vel ilz illud contingat filijs meis. **S**ecundū quē modum accipitur etiam interdum cum aliquis iurando dicit/ per salutem meā vel per filios meos. et huiusmodi. Obligat em̄ hoc deo. **Vnde aug.** cū quis ait per salutem meā/salutem suā deo obligat. Cum dicit p filios meos. oppignerat eos deo. vt hoc euemat in caput eorum/quod exigit de ore ipsius. Si verū. si falsum/fallū. et sicut p hoc iurans aliquando hoc deo obligat/ ita p deū iurās. ipsū adhibet testē. **I**n oī ergo iuratione aut deus testis adhibet

o - i. Impunitum tibi sicut don eximunt et pro*ij*
quo inquit se p*ij* iurare culpe n*ij* gravata*ij*
unde v*ij* pertinet.

aut creatura deo obligatur/ et oppigne:
ratur. Ut hoc sit iurare. scilicet deus te
stem adhibere. vel deo aliquid oppigne
rare. hoc est ergo iurare per quilibet crea:
turam/scilicet creatore; eius testem ad
hibere.

De illis qui iurant per falsos deos. *Cap*m* 8*m**

Dicitur hec queritur/vtrum fide ei
us utendum sit qui per demos
ma vel ydola iurauerit. De hoc
augustinus scribens ad publicolam ait.
Te prius considerare volo/vtrum si quis
piam per deos falsos iurauerit et fidem
non seruauerit non tibi videtur bis pec
casse. His utiq*p* peccauit. quia et iurauit
per quos non debuit/ et contra pollicit*p*
fecit fidem q*d* non debuit. Ideoq*p* qui
vititur fide illius quem constat iurasse p
deos falsos et vititur non ad malum sed
ad bonum/n*o* peccato illius se sociat q*d*
per demona iuravit. sed bono pacto ei*o*
quo fidem seruauit et sine dubitatione
minus malum e*n*/per deos falsos iurare
veraciter q*d* per deum verum fallaciter.
Quanto em*n* per quod iuratur magis san
ctum e*n* tanto magis e*n* penale perjurium

Ghiuramentu*m* quo incaute iuratur non
est obseruand*m* nec votum nec p*missio*
miuste facta. *Cap*m* 9*m**

Dunc superest videre. vtrum om
ne iuramentum implendum sit.
Si enim quis aliquid iurauerit
contra fidem et caritat*e* quod obserua:
tum peyor*e* vergat in exit*p* potius est
mutandum q*d* adimplend*m*. Unde am*brosius*. Sed est contra officium nonun*ij*
q*d* promissum solvere sacram*e*tum vt be
rodes fecit. Item isidorus. In malis p*missis* rescinde fidem. in turpi voto mu
ta decretum. Quod incaute nouisti no
facias. impia e*n* promissio que scelere ad
impletur. Idem non e*n* obseruandum sa
cramentum quo malum incaute p*mit*;

titur. ut si quis adultere perpetuam fi
dem cum ea permanendi polliceatur.
Tollerabilius em*n* e*n* non implere sacram*e*
tum/q*d* permanere in stupro. Item be
da si quid nos incautius iurare contige
rit quod obseruatum pepor*e* vergat i
exit*p* libere illud salubriori consilio mu
tand*m* nouerimus. ac magis instante ne
cessitate pepor*e* andum nobis q*d* pro vita
do periurio in aliud crimen grauius esse
diuertendum. Deniq*p* iurauit dauid per
deum occidere nabat virum stultum. s*z*
ad primam intercessionem abigail femi
ne prudentis remisit nimis. renocauit
ensem in vaginam/n*o* aliquid culpe. /se
tali periurio straxisse doluit. Item aug*ustinus*
dauid iuramentum per sanguinis ef
fusionem no*n* impleuit/ maior pietas fuit.
Iurauit dauid temere/sed no*n* impleuit
iuratione*m* maiori pietate. Ex his alijs q*d*
pluribus ostenditur qued*m* iuramenta
non esse obseruanda. et qui sic iurat ves
tementer peccat. Qui autem mutat be
ne facit. Qui autem non mutat dupli*c*
ter peccat. et quia iniuste iurauit/ et quia
facit q*d* non debet.

Si e*n* periurium qui non facit q*d* incaute
iurauit. *Cap*m* 10*m**

Dicitur vero mutat vtrum periurus
debeat dici. sol*z* queri. Sed a su
pra tale iuramentum vocavit p*er*
iurium. Iohannes etiam apocrisarius or
ientalius sedium dixit. sermo patris no
stri sophronij significat q*d* melius e*n* iur*e*
tem periurare q*d* seruare sacramentum i
fractione sanctorum imaginum. Sed p*er*
iurium dicitur tale iuramentum non ob
seruatum. et pepor*e* dicitur qui no*n* im
plet*m*. quia falsum iurat. non quia inde re
us fit q*d* non obseruat. sed quia iurauit
iniustum ex quo reus est. sicut ille qui
pepor*e*

De eo qui verborum calliditate iurat.

571. Impie debet sic esse non dolere sed permissus est in
est iniuria; istud si queritur si optimis legum iuris
et hoc ille cum fuerit non debet pro parte perire quia non debet
intervenire quod deinceps fieri intineret non quia utrum
nodo dicitur sicut aliis ut hoc nuntiatur in iusta quaeque
ruris reborez fuisse et ad fraudandum alium ut dicitur iustificari
ut et cui fuisse nunc et si si postmodum puto non ut puto
lessem si etiam autem liber vel huiusmodi et non potest
achiliatque delatae puto sicut puto non potest dicitur libet
dicitur et potest mea est in meo et non potest dicitur libet
autem dicitur

Nec etiam sciendum est quaque-
que arte verborum quis iuret. de-
us tamen qui conscientie testis
est ita hoc accipit sicut ille cui iurare intel-
ligit. Dupliciter autem reus fit qui et nom-
ini inuanum assumit. et proximum in dolo
capit.

De illo qui cogit aliquē iurare *Lap/ 11'*

Veritut etiā si peccat qui hominem iurare cogit. **D**e hoc aug. ait. **R**ui exigit iurationē multū interest si nescit illum iuraturū falsum, an scit. **S**i em̄ nescit. & ideo dicit. iura mihi ut fides ei sit. non ē peccatū tamē humana temptatio ē. **S**i vero scit eū fecisse & cogit eum iurare homicida ē. **I**des qui puocat hominē ad iurationē / & scit eum falsum iurare / vīncit homicidā. qz homicidā corpus occisur2 ē. ille ammā immo duas animas / & eius quē iurare p uocauit & suam.

De concilio aurelianensi.

Sancta sinodus decreuit / msi p
pace facienda vt omnes fideles
ieum ad sacramenta accedant.
Sextū p̄ceptū ē non desiderabis vro-
rez p̄imi tui. **S**eptimū ē non cupies do-
num p̄imi tui. non seruū non ancillā rē.
Sed videtur p̄ceptum de non occupiscē-
tibus rebus p̄imi vnum esse cū eo. quo
dicitur non furaberis. & p̄ceptū de nō
occupiscenda vrore/vnum esse cū eo quo
dicē non mechaberis. **P**oterat em̄ p̄cep-
tum nō furandi in illa generaliter intelli-
gi/vbi de non occupiscentia re p̄imi pre-
cipitur. & in eo qđ dictū est nō mechabe-
ris/poterat illud intelligi. nō occupisces
vrore p̄imi tui. **S**ed in illis duobus p̄-
ceptis non mechandi/& non furandi/ipsa
opera notata sunt & phjbita. **I**n his
vero extremis ipsa ḍcupiscentia. **M**ultū
ergo differūt illa ab istis. **V**nde illi pre-
cepto nō mechādi sit supadditio in euā
gelio. vbi omnis occupiscentia mechandi

phibet. **S**ed cū hic phibeat occupisen-
tia alienē vroris & alienē rei/ quare dicit
lex dprimere manū & non ammū/euan-
gelium vero & manū & ammū. **I**llud de
lege dicit scđ; ceremonalia. nō scđ; mo-
ralia. **V**el qz in lege nō ē generalis pbi-
bitio/omnis mortifere occupiscentie vt in
euāgeliō vel scđim eoz carnalē intelligē
tiam. **S**i vero querit quare dicat aplūs
literā occidente/ea certe ē decalogus q
non dicit litera occidens eo qz mala sūt
lex. sed qz phibens peccatū auget occupi-
scientiam & addit puaricationē. nisi libe-
ret gratia. **G**raue gratia nō sic abūdabat
in lege vt in euāgeliō. **L**ex ergo bona ē &
tamē occidit sine gratia cū sit virt⁹ pec-
cati que iubet qđ sine gratia impleri nō
potest. **G**ratia autē deerat / & ideo lice-
ra occidens erat. **D**istat autē euangeli⁹ li-
tera a legis litera. qz diuersa sunt pmis-
sa. ibi terrena/hic celestia pmittunt. **D**i-
uersa etiā sacram̄ta. qz illa tm̄ significa-
bant. hec dferunt gratiā. Precepta etiā
diuersa qđtu ad ceremonalia. **N**am quā legi
tum ad moralia sunt eadē. sed plenus in
euāgeliō dmentur. **A**udistis. p. cordas
psalterij vtriqz serui impositas que cari-
tate tangende sunt vt vicioz fere occi-
dantur.

Explicit liber tertius.

Sed omnes sunt fratres tuos in lege domini iustus et sancti sed te habes in iustis regis
partus legi erat prohibitus quando ut ipse quod prohibebatur fecit sed factum dico
erat prohibitus quoniam hoc est vel in iustitia iudicium ite dicere cur erat exortatus
mocrius sed dico quod erat iudicatus legi iudicium in iuste in potest hoc legi d
e omni erat iudicatus et efficiens peccatum iudicare legem quando enim quis per in
iustitiam quod per hoc non erat iudicatus iustitiam atque hoc est plenus iudicium iustitiae
iudei pronuntiantur.

Dicitur x. p. in legis Imperio. Sic u. g. corporis pacis n. s. p. in h. et p. alio
Ipse malit. aspera ex p. edidit. I. fest. I. C. regn. leone. q. p. t. d. I. I. I.
4 x. 1. p. f. h. f. C. o. d. m. q. f. p. l. e. c. h. h. 10. p. t. p. r. i. v. a. e. o. n. o. n. h. i. p. i.
p. r. o. t. o. r. f. e. r. a. s. i. n. o. b. o. t. H. e. t. i. t. e. s. p. f. i. c. a. g. l. u. s. l. u. s. a. d. o. n. d. a. n. d. d. q. n. x.
L. o. n. g. a. p. f. l. o. d. a. n. d. A. m. e. n.

In fine tabu

Quoniam
Quare in
De differen
Inouatio
De animaz
Hoc nomen
nec ante circ
Dicitur
De parvula
cum quo fide
De lactant
De baptim
De differen
Hoc rebatur
hunc
Si fuit factar
De forma bi
Hand sit ba
De forma bi
Si apostoli
Si omne pac
ha posse era
Dicitur
Quare in aqua
De immersio
Quando cu
De cagam
De illis qui
Mem. q. non
q. non tem
De fide accep
Anomodo m
in ipso baptiz
Ex passio su
i contrito
Quod pfit b
Quod dormit
Quis re se
cum recipit i
Et quipius
a misericordia
De peccato b